Quantū ſumus tibi debitores domie deus noſter tanto redempti precio: tanto ſaluati dono: ⁊ tam glorioſo adiuti beneficio. O quantuꝫ a nobis miſeris es timendus: amādus: benedicendus: laudandus: honorandus ⁊ glorificādus: qui nos ſic amaſti: ſic ſaluaſti: ſic ſanctificaſti: ſic ſublimaſti. Tibi nempe debemus omne quod poſſumꝰ omne quod viuimus: omne qđ ſapimus. Sed quis habet quicq̄ȝ non tuum? Tu domine deus noſter: a quo bona cuncta procedunt: propter te: ⁊ nomen ſanctum tuum da nobis de bonis tuis: vt de bonis ac datis tuis ſuiamus tibi: ⁊ in veritate placeamus: atqȝ debitas quottidie laudes rependamus tibi ꝑ tantis beneficijs miſericordie tue. Nō enim aliunde poſſumus tibi ſeruire: neqȝ placere niſi de tuo munere. Omne enim datuꝫ optimū: ⁊ omne donum perfectum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminum: apud quem nō eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Domie deꝰ noſter: deus pie: deus bone: deꝰ omnipotens: deus ineffabilis ⁊ incircūſcripte nature: deus inſtitutor omniū reruꝫ: ⁊ domini noſtri Jeſu xpi pater: qui eundem dilectum filium tuum dñm noſtrum dulciſſimū: miſiſti de ſinu tuo: ad publicum proficuum noſtrum: ſuſcipere vitam noſtram vt nobis donaret ſuam: eſſetqȝ perfectus deus ex te patre: ⁊ ꝑfectus homo ex matre: totꝰ deꝰ ⁊ totus homo: vnꝰ idemqȝ xps eternus ⁊ temporalis: imortalis ⁊ mortalis: creator ⁊ creatus: fortis ⁊ infirmus: victor ⁊ vicꝰ. nutritor ⁊ nutritus: paſtor ⁊ ouis: temporaliter mortuus: ⁊ tecum viuens ineternum. ſuis dilectoribus vite municipium promittens dedit: et nobis dixit. Quodcunqȝ petieri-

tis patrem in nomine meo da-
bit vobis. Per ipſum ſummuꝫ
ſacerdotem ⁊ verum pontificeꝫ
⁊ bonum paſtorem: qui ſe tibi
obtulit in ſacrificium: ponens
animam ſuam pro grege ſuo: te
rogo ꝑ ipſuꝫ qui ſedet ad dexte
ram tuam ⁊ interpellat pro no-
bis redemptorem ⁊ aduocatuꝫ
noſtrum: pietati ⁊ bonitati tue
ſupplicio clementiſſime ⁊ amā-
tiſſime ⁊ benigniſſime amator
hominum deus: des mihi cū eo
dem filio tuo: ⁊ ſpiritu ſancto: te
in omnibus benedicere ⁊ glori
ficare: cum multa cordis contri
tione ⁊ lachrymarum fonte: cuꝫ
multa reuerētia ⁊ tremore. Qr
quorum vna eſt ſubſtantia: vnū
eſt ⁊ datum. Sed quoniam cor
pus quod corrūpitur aggrauat
animam: excita queſo torporem
meū tuis ſtimulis: ⁊ fac me ſtre
nue perſeuerare in preceptis et
laudibus tuis die ac nocte. Tri
bue vt concaleat cor meum in-
tra me: ⁊ in meditatiōe mea ex-
ardeſcat ignis. Et quia ipſe tu⁹
vnicus natus dixit: nemo venit
ad me niſi pater ꝙ miſit me tra
xerit eum: ⁊ nemo venit ad pa-
trem niſi per me: obſecro ⁊ ſup
pliciter rogo trahe me ſemper
ad ipſum: vt ipſe me tandeꝫ per
ducat ad te illuc vbi ipſe eſt in
dextera tua ſedens. Vbi ē ſem
piterna vita: ſempiterne beata:
vbi eſt amor perfectus: ⁊ timor
nullus: vbi eſt dies eternus: et
vnus omniuꝫ ſpiritus: vbi ſum
ma ⁊ certa ſecuritas: ⁊ ſecura
tranquillitas: ⁊ tranquilla iocū-
ditas: ⁊ iocūda felicitas: ⁊ felix
eternitas: ⁊ eterna beatitudo: et
beata tui ſine fine: viſio ⁊ lauda
tio. Vbi tu cum illo ⁊ ille tecum
in cōmuniōe ſancti ſpiritus eter
naliter ac ſempiternaliter viuis
⁊ regnas deus per omnia ſecu
la ſeculoꝝ. Amen.

¶ Oratio deuotiſſima ad chri-
ſtum. Cap. xvij.

Spes mea chri
ſte deus: homi-
num tu dulcis
amator: lux: via
vita ſalus: ⁊ decus omne tuorū:
omnia pro quorum voluiſti fer-
re ſalute: carnem vincla: cruceꝫ
vulnus: mortemqꝫ ſepulcrum:
poſt tres inde dies deuicta mor
te reſurgēs: diſcipulis viſus nu
tātia corda reformans: luce qua

[illegible]er dena celoꝛum ſumma petiſti
viuis in eternum nunc ⁊ per ſe
cula regnans. Tu es deus meꝰ
viuus et verus: pater meꝰ ſan-
ctus: dominus meus pius: rex
meus magnus: paſtoꝛ meus bo
nus: magiſter meus vnus: adiu
toꝛ meus optimus: dilectus me-
us pulcherrimus: panis meus
viuus: ſacerdos meus ineternū
dux meus ad patriam: lux mea
vera: dulcedo mea ſancta: via
mea recta: ſapientia mea pꝛecla
ra: ſimplicitas mea pura: cōcoꝛ-
dia mea pacifica: cuſtodia mea
tuta: poꝛtio mea bona: ſalꝰ mea
ſempiterna: miſicoꝛdia mea ma
gna: patientia mea robuſtiſſima
victima mea immaculata: redē
ptio mea ſancta: ſpes mea fir-
ma: charitas mea perfecta: re-
ſurrectio mea vera: vita mea
eterna: exultatio ⁊ viſio mea be
atiſſima ⁊ ſine fine manſura.
Te depꝛecoꝛ ſupplico: ⁊ rogo:
vt per te ambulem: ad te perue
niam: in te requieſcam: qui es
via veritas ⁊ vita: ſine qua ne-
mo venit ad patrem. Te enim
deſidero dulciſſimuꝫ ⁊ pulcher
rimum dominum. O ſplendoꝛ
paterne gloꝛie: qui ſedes ſuper
cherubin ⁊ intueris abyſſos: lu
men veridicum: lumen illumi-
nans: lumen indeficiens: in quē
deſiderant angeli pꝛoſpicere.
Ecce coꝛ meum coꝛam te ē: di-
ſcute tenebras eius vt amoꝛis
tui claritate plenius perfunda-
tur. Da mihi deus meus te: red
de mihi te: en amoꝛ te: ⁊ ſi paruꝫ
ē: amem validius. Non poſſuꝫ
metiri vt ſciam quantum deſit
mihi amoꝛis tui: ad id quod ſa-
tis eſt vt currat vita mea in am
plexus tuos: nec auertatur do-
nec abſcondatur in abſcondito
vultus tui. Hoc tamē ſcio: quia
male mihi eſt pꝛeter te domine:
non ſolum extra me: ſed in me-
ipſo. Omnis eni copia que deꝰ
meus non eſt: egeſtas mihi eſt.
Bonū nāqꝫ quod neqꝫ in me-
lius: neqꝫ in deterius cōmutari
poteſt: tu ſolus es: qui ſimplici-
ter ſolus es: cui non ē aliud vi-
uere ⁊ beate viuere: quia tua
beatitudo tu es. Creatura vero
tua: cui eſt aliud viuere: ⁊ aliud
beate viuere: omne quod viuit
⁊ beate viuit: nō debet niſi gra
tie tue attribuere. Et ideo nos
egemus tui: non tu noſtri: quia
ſi omnino non eſſemus: nihil ti-

bi deeſſet ad bonũ quod tu es.
Tibi itaqꝫ domino deo noſtro
ſemper adherere neceſſe habe-
mus: vt per continuum auxiliũ
tuum:ſancte: ⁊ pie:⁊ recte viue-
re valeamus. Pondere ſiqui-
dem fragilitatis noſtre deorſũ
trahimur: dono autem tuo ac-
cendimur ⁊ ſurſũ ferimur: in-
ardeſcimus: ⁊ imus:aſcendim⁹
aſcenſiones in corde facimus:⁊
cantamus canticum graduum:
igne tuo bono inardeſcimus et
imus:quo tam ſurſum imus:ad
pacem hieruſalem:q̄m iocũda-
tus ſũ in his que dicta ſunt mi-
hi:in domum dñi ibimus. Illic
collocauit nos voluntas bona:
vt nihil velimus aliud q̃ꝫ per-
manere illic in eternum. Sꝫ q:
dum ſumus in corpore peregri-
namur a te domine: non habe-
mus hic ciuitatem manentem:
ſed futuram inquirimus:noſter
municipatus in celis eſt. Idõ du-
ce gratia tua ingredior in cubile
cordis mei: ⁊ canto tibi amato-
ria rex meus ⁊ deus meus: ge-
mens inenarrabiles gemitus in
loco peregrinationis mee vbi
cantabiles mihi facte ſunt iuſti-
ficationes tue. Et recordãs hie-
ruſalem:extendo in eam ſenſum
cordis: hieruſalem patriã meã:
hieruſalem matrem meam:teqꝫ
ſuper eam regnatorem:illuſtra-
torem:patrem: tutorem:patro-
num:rectorem: paſtorem:caſtas
⁊ fortes delitias : ſolidum gau-
dium ⁊ omnia bona ineffabilia
ſimul omnia: quia vnum ſum-
mum ⁊ verum bonum : ⁊ non
auertar donec in eius pacẽ ma-
tris chariſſime vbi ſunt primi-
tie ſpiritus mei: colligas totum
quod ſum a diſperſione ⁊ de-
formitate hac: et conformes at-
qꝫ confirmes in eternum deus
meus miſericordia mea.

¶ Hic diſtinguit inter ſapien-
tiam que domus dei eſt:et ſapiẽ-
tiam que diuina eſt.

Cap. xviij.

b **Ec domus**
tua deus non terre-
na : neqꝫ vlla mole
corporea creata eſt : ſed parti-
ceps eternitatis tue:quia ſine la-
be manet ineternum:ſtatuiſti eã
in ſeculum ſeculi:preceptum po-
ſuiſti et non preteribit. Non ta-
men tibi deo coeterna : quia nõ
ſine initio facta eſt:prior quippe

omniũ creata eſt ſapientia: nõ itaq; illa ſapiẽtia patri deo plane coeterna et coequalis: p quã creata ſunt omnia et in quo p̄ncipio factum eſt celum et terra: ſed profecto ſapientia ſpiritualis noſtra: ſcilicet que contemplatione luminis lumen dicitur: ⁊ ipſa quãuis creata ſapientia. Sed quantum diſtat inter lumẽ illuminans ⁊ lumen quod illuminatur: tantum differt inter te ſummã ſapientiã que eſt creãs ⁊ iſtam que creata eſt. Et ſicut iter iuſticiam iuſtificantem: que tu deus noſter es: ⁊ iuſticiam q̃ iuſtificatiõe noſtra facta eſt. Nã ⁊ nos ſumus dicti iuſticia dei patris in te filio eius dñõ nõſtro: teſtante apoſtolo ⁊ dicẽte. Quia prior oĩum creata ẽ quedam ſapientia: mens rõnalis et ĩtellectualis: caſte.ſ. ciuitatis tue matris noſtre que ſurſum eſt et libera eſt ⁊ eterna in celis. Quibus celis? Niſi qui te laudãt celi celorũ: quia hoc eſt celum celi dño. Et ſi non inuenimus tempus ante illam que creaturam temporis antecedit: quia prior omnium creata eſt: ante illã tamen es tu deus eternus creator omnium: a quo eſt ipſius creature eternitas: a quo facta ſumpſit exordium: quãuis non temporis: quia nondum erat tempus: ipſi⁹ tamẽ conditionis ſue vnde ita eſt abs te domino deo noſtro: vt aliud ſit plane q̃z tu: lʒ nec ante illam nec in illa inueniamus tempus. Eſt enim idonea faciem tuam ſemper videre: nec vſpiam deflectitur ab ea quo fit vt nulla mutatione varietur. Ineſt tamen ipſi mutabilitas: qua tenebreſceret ⁊ frigeſceret: niſi amore grandi coherens tibi tanq̃z ſuper meridiẽ luceret ⁊ ferueret ex te. Deniq; tã caſto amore coheret tibi deo vero ⁊ vere eterno: vt quãuis tibi non ſit coeterna: per nulli⁹ tamen temporis varietates ⁊ viciſſitudines: a te reſoluatur ⁊ defluat: ſed in tui ſolius veriſſima contẽplatione requieſcat. Quoniam tu deus diligenti te quantum precipis: oſtendis te: ⁊ ſufficit ei. Unde non declinat a te nec a ſe: ſed ſemper in eodem ſtatu manet: te indeſinenter videndo: te indeficienter amando: verum lumen et caſtum amorem. O beata iſta ⁊ ſubli-

mis creatura creaturarum: ma
xime beata inherendo ſemper
beatitudini tue. felix ⁊ nimium
felix te ſempiterno inhabitato-
re atq; illuſtratore ſuo. Nec in-
uenio quid licentius appellan-
dum exiſtimemus celum celi do
mino: q̄z domum tuam cōtem-
plantem delectationem tuam ſi
ne defectu: ⁊ abſq; affectu egre
diendi in aliud: mentem puram
concordiſſime vnam: ſtabilimē
tum pacis beatorum ſpirituū:
in celeſtibus ſunt iſta celeſtia.
Unde intelligat anima cuius
peregrinatio longinqua facta ē
ſi iam ſit tibi: ſi iam facte ſint ei
lachryme ſue panes ſui: ſi iā pe
tat vnam: ⁊ hanc requirat: vt in
habitet in domo tua per omnes
dies vite ſue. Et que vita ei⁹ ni
ſi tu? Et qui dies ſui: niſi eterni-
tas tua? Sicut anni tui qui non
deficient. Hic ergo itelligat ani
ma que poteſt: q̄z longe ſup om
nia tempora: ſis eternus: quādo
domus tua que peregrinata nō
eſt: quāuis tibi non ſit coeterna
indeſinenter tamen ⁊ indeficien
ter coherendo tibi nullam tem
poris patitur varietatem: teq;
ſemper perſeuerantiſſima caſti
tate hauriens: mutabilitatē ſu-
nuſquā: ⁊ nunq̄z experit: ex te ſi-
bi preſente ad quem toto affe-
ctu ſe tenens: non habens futu-
rum quod expectet: nec in prete
ritum tranſiens quod meminē
rit: per nullas vices variatur: ⁊
in nulla tempora extenditur.

¶ Hic orat domo vt ipſa quo
q̄z domus dei oret pro eo.

Cap. xix.

O Domus
dei luminoſa et
ſpecioſa: dilexi
decorem tuum.
⁊ locum habitationis glorie do
mini dei mei: poſſeſſoris ⁊ fabri
catoris tui: tibi ſuſpiret peregri
natio mea nocte ac die: tibi ibi et
cor meum: tibi intendat mens
mea. Ad ſocietatem beatitudi-
nis tue peruenire deſiderat ani
ma mea. Dico ei qui fecit te vt
poſſideat me in te: quia ipſe fe-
cit me ⁊ te. immo tu dic: tu roga
eum vt dignum me faciat parti
cipatione glorie tue. Sanctam
enim ſocietatē tuam: ⁊ mirabilē
pulchritudinē tuam non per me
ritum requiro: ſed p ſanguinem
eius quo redēptus ſum adipi-

ci non deſpero: tantum adiu-
uent me merita tua: ſubueniant
prauitati mee ſancte ⁊ puriſſi-
me orationes tue: que ineffica-
ces apud deum nullatenus eſſe
poſſũt. Erraui: fateor: ſicut ouis
perdita: ⁊ incolatus meus pro-
longatus eſt: atq; procul proie-
ctus ſum a facie domini dei mei
in hanc exilij cecitatem. Ubi ex
pulſus a paradiſi gaudijs: de-
ploro quottidie mecum ſup mi
ſerias captiuitatis mee: lugubre
carmen ingenteſq; lamentatio-
nes: cum recordor tui mater hie
ruſalem: dum ſtant pedes mei ĩ
atrijs tuis: ſancta ⁊ decora ſyon
nec dum interiora tua conſpice
re in propatulo valens: ſed ĩ hu
meris paſtoris mei: ſtructoris
tui: ſpero me reportari tibi: vt
tripudiem tecum illo inenarra-
bili gaudio: quo letantur illi qui
tecum ſunt coram ipſo deo ⁊ ſal
uatore noſtro: qui diſſoluit ini-
micitias in carne ſua: ⁊ pacifica
uit omnia que in celis ſunt ⁊ q̃
in terra ſanguine ſuo. Ipſe eniꝫ
eſt pax noſtra: qui fecit vtraq;
vnuꝫ. Qui duos ex aduerſo ve
nientes parietes coniungens in
ſe beatitudinis tue permanen-
tem felicitatem: pari modo ⁊ ea
dem menſura ſe nobis daturuꝫ
promiſit dicens. Erunt equales
angelis dei in celis. O hieruſa-
lem domus dei eterna: poſt xpi
dilectionem tu eſto leticia ⁊ cõ-
ſolatio mea: dulcis memoria tui
beati nominis: ſit releuatio me-
roris tediorũq; meorum.

¶ Quantis amaritudinibꝰ vi
ta iſta ſit reſperſa. Cap. xx.

TEdet enĩ
me domine val-
de vite huius: et
iſtius erumnoſe
peregrinationis. Uita hec: vita
miſera: vita caduca: vita incer-
ta: vita laborioſa: vita immũda:
vita domina malorũ: regina ſu
perborum: plena miſerijs ⁊ er-
roribus: que non eſt vita dicen-
da: ſed mors: in qua momentis
ſingulis morimur: per varios
mutabilitatis defectus: diuerſis
generibus mortium. Nunquid
ergo hoc ꝙ viuimus ĩ hoc mũ-
do dicere poſſumus vitã: quã
humores tumidant: dolores ex
tenuant: ⁊ ardores exiccãt: aera
morbidant: eſce inflant: ieiunia
macerant: ioci diſſoluunt: triſti-

cie conſumunt: ſollicitudo coar-
ctat: ſecuritas hebetat: diuitie in
flant ⁊ iactát: paupertas deijcit
iuuentus extollit: ſenectus incur
uat: infirmitas frangit: meror de
primit. Et his malis omnibus
mors furibunda ſuccedit: ſimul
q₃ cunctis gaudijs iſtius miſere
vite ita finez imponit: vt cū eſſe
deſierit: nō fuiſſe puteẽ. Mors
iſta vitalis: ⁊ vita mortalis: licet
his alijſq₃ ſit reſperſa amaritu-
dinib⁹: proh dolor: q₃ plurimos
ſuis capit illecebris: ⁊ q₃ multos
ſuis falſis promiſſionibus deci-
pit. Et cū ita p ſe ſit falſa ⁊ ama-
ra: vt etiam ſuos cecos amato-
res latere non valeat: tamen in
finitam ſtultorum multitudinez:
aureo calice quem in manu h₃:
potat: ⁊ prorſus inebriat. Felices
illi qui ipſi rari: qui familiarita-
tem eius recuſant: perfunctoria
gaudia ſpernunt: ſocietatez abij
ciunt: ne cum pereunte deceptri
ce ⁊ ipſi perire cogantur.

¶ De felicitate vite quā prepa
rauit deus diligentibus ſe.
Cap. xxj.

Tu vita quaz pre-
parauit deus his qui
diligunt eum: vita vitalis vita
beata: vita ſecura: vita tranquil
la: vita pulchra: vita munda: vi
ta caſta: vita ſancta: vita ignara
mortis: neſcia triſticie: vita ſine
labe: ſine dolore: ſine anxietate
ſine corruptione: ſine perturba
tione: ſine varietate ⁊ mutatio-
ne: vita totius elegantie ⁊ digni
tatis pleniſſima: vbi non eſt ad-
uerſarius impugnans: vbi nul-
la peccati illecebra: vbi eſt amor
perfectus: ⁊ timor nullus: vbi
dies eternus: ⁊ vnus omniū ſpi
ritus: vbi deus facie ad faciem
cernitur. ⁊ hoc vite cibo mens
ſine defectu ſatiatur. Libet me
tue intendere claritati: delectant
me bona tua auido corde: quan
to plus valeo mecum conſide-
rare: tanto amore tuo langueo:
tuo vehementi deſiderio: tuaq₃
dulci memoria admodum dele
ctor. Libet itaq₃ libet in te ocu-
los cordis attollere: ſtatum men
tis erigere: affectum animi con
formare. Libet ſane de te loqui
de te audire: de te ſcribere: ō te
conferre: de tua beatitudine et
gloria quotidie legere: ⁊ lecta
ſepius ſub corde reuoluere: vt
vel ſic poſſim ab huius morta-

tis perituręqꝫ vite ardorib⁹: pe-
riculis ⁊ ſudoribus: ſub tue vi-
talis aure: dulci refrigerio tran-
ſire: ⁊ tranſiens in ſinu tuo feſ-
ſum caput: dormiturus: vel pau-
lulum reclinare. Huius rei gra-
tia ſcripturarum ſanctarū ame-
na prata ingredior: viridiſſimas
ſententiarum herbas exarādo
carpo: legendo comedo: frequē-
tando rumino: atqꝫ congregan-
do tandem in alta memorie ſe-
de repono: vt tali modo tua dul-
cedine deguſtata: minus iſtius
miſerrime vite amaritudines
ſentiam. O tu vita feliciſſima: o
regnū vere beatū carens mor-
te: uacans fine: cui nulla tempo-
ra ſuccedunt eum: ubi continu-
us ſine nocte dies neſcit habere
tempus: ubi victor miles illis
hymnidicis angelorum ſociat⁹
choris: cantat deo ſine ceſſatio-
ne canticum de canticis ſyon:
Nobile perpetua caput ample-
ctente corona. Utinā concesſa
mihi peccatorum venia: morteqꝫ
hac carnis ſarcina depoſita: in
tua gaudia veram requiem ha-
biturus intrarem: ⁊ tue ciuita-
tis preclara atqꝫ ſpecioſa menia
coronam vite de manu dñi ac-
cepturus igrederer: vt illis ſan-
ctiſſimis choris intereſſem: vt
cum beatiſſimis ſpiritibus glo-
rie conditoris aſſiſterem: vt pre-
ſentem chriſti vultum cernerē:
vt illud ſummū ⁊ ineffabile ⁊ in-
circumſcriptum lumen ſemper
aſpicerē: ſicqꝫ nullo metu mor-
tis affici: ſed de incorruptionis
perpetue munere letari potuiſ-
ſem ſine fine.

¶ De felicitate aie ſancte hic
exeuntis.

// Cap. xxij.

Elix ani-
ma que terreno
reſoluto corpo-
re: libera celum
petit: ſecura eſt
⁊ tranquilla: non timet hoſtem
neqꝫ mortem. Habet enim ſem-
per preſentem: cernitqꝫ indeſi-
nenter pulcherrimum dominū
cui ſeruiuit: quem dilexit: ⁊ ad
quem tandem leta ⁊ glorioſa
peruenit. Hanc vero tante bea-
titudinis gloriam nulla dies mi-
nuet: nullus improbus poterit
auferre. Uiderunt eam filie
ſyon: et beatiſſimam predica-
uerunt: et regine et concubine

laudauerunt eam dicẽtes. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſup dilectũ ſuum? Que eſt iſta que progreditur ſicut aurora cõſurgẽs: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Quam leta erit: feſtinat: currit: cum dilectum ſuum ſibi dicentem attonitis auribus audit. Surge propera amica mea: ſpecioſa mea: ⁊ veni: iam enim hyems trãſijt: imber abijt ⁊ receſſit: flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putatiõis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: florentes vinee dederunt odorem ſuum. Surge propera amica mea: formoſa mea: colũba mea in foraminibus petre: in cauernis macerie: oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Vox eniꝫ tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Veni electa mea: ſpecioſa mea: colũba mea: immaculata mea: ſponſa mea: veni ⁊ ponam in te thronum meum: quia concupiui ſpeciem tuam. Veni vt leteris in conſpectu meo cum angelis meis: quorum ſocietas tibi a me repromiſſa eſt. Veni po[ſt] multa pericula ⁊ labores: ⁊ intra in gaudium domini tui: q̄d nemo tollet a te.

¶ Oratio ad ſanctos vt nobis ſuccurrant in periculis. Cap. xxiij.

Felices ſãcti dei omnes: qui iam tranſiſtis huiuſ mortalitatis pelagus: ⁊ peruenire meruiſtis ad portum perpetue quietis: ſecuritatis: ⁊ pacis: ſecuri ⁊ tranquilli: ſemperq; feſtiui atq; gaudentes eſtis. Obſecro vos per patris charitatem: qui ſecuri eſtis de vobis: ſolliciti eſtote de nobis: ſecuri eſtis de veſtra imarceſcibili gloria: ſolliciti eſtote de noſtra multiplici miſeria. Per ipſum vos rogo: qui vos elegit: qui vos tales fecit: de cuius pulchritudine iam ſatiamini: de cuius imortalitate immortales facti eſtis: de cuius beatiſſima viſione ſemper gaudetis: eſtote iugiter memores noſtri: ſubuenite nobis miſeris: qui adhuc ĩ ſalo huius vite circunſtantibus agitamur procellis. Vos porte

pulcherrime: que in magnam
ſurrexiſtis altitudinem: adiuua-
te nos vile pauimentum longe
inferius iacentes. Date manū
⁊ erigite iacentes ſuper pedes
vt conualeſcentes de infirmita
te: fortes efficiamur in bello.
Intercedite ⁊ orate conſtanter:
atq; indeſinenter pro nobis mi
ſeris multūq; negligenti bꝰ pec
catoribus: vt per veſtras ora-
tiones: veſtro ſancto conſortio
coniungamur: q: aliter ſalui eē
non poſſumus. Sumus nāq;
valde fragiles: ⁊ nullius virtu
tis homūciones: animalia: ven
tris: ⁊ carnis: mancipia: in qui
bus vix aliquod virtutis veſti-
gium apparet. Et tamen ſub
xpi confeſſione poſiti: ligno cru
cis ferimur: nauigātes per hoc
mare magnum ⁊ ſpacioſū: vbi
ſunt reptilia quorū non eſt nu
merus: vbi ſunt animalia puſil
la cum magnis: vbi eſt draco ſe
uiſſimꝰ ſemper paratus ad de
uorandum. Ubi ſunt loca peri-
culoſa: ſcilla ⁊ carybdis: ⁊ alia
innumerabilia: in quibus nau-
fragantur incauti ⁊ in fide du-
bij. Orate dn̄m orate piiſſimi:
orate omnia agmina ſanctorū:
⁊ vniuerſi cetus beatorum: vt
veſtris precibus meritiſq; ad-
iuti: ſalua naue ⁊ integris merci
bus: peruenire mereamur ad
portum perpetue ſalutis: ⁊ qe-
tis ⁊ continue pacis: ⁊ nūq̄ fi-
niende ſecuritatis.

¶ Anime deſiderium ad ciui
tatem ſupernam hieruſalem.

Capitulū. xxiiij.

Mater hie
ruſalē ciuitas ſā
cta dei: chariſſi-
ma ſponſa xpi: te
amat cor meum: pulchritudinē
tuam nimium deſiderat mens
mea. O q̄ decora: q̄ glorioſa:
q̄ generoſa tu es. Tota pul-
chra es ⁊ macula non eſt in te.
Exulta ⁊ letare formoſa filia
principis: q: concupiuit rex ſpe
ciem tuam: ⁊ amauit decorē tu
um: ſpecioſus forma pre filijs
hominum. Sed qualis eſt dile
ctus tuus ex dilecto o pulcher-
rima? Dilectus meus cādidus
⁊ rubicundus: electus ex mili-
bus. Sicut malus inter ligna ſil
uarum: ſic dilectus meus inter
filios. Sub vmbra illius quem
deſideraui: ecce leta ſedeo: ⁊

fructus eiꝰ dulcis gutturi meo.
Dilectus meus miſit manuꝫ ſu
am per foꝛamen : ⁊ venter meꝰ
intremuit ad tactum eius. In le
ctulo meo per noctem queſiui
quem diligit aīa mea: queſiui ⁊
inueni: teneo nec dimittam illū:
donec introducat me in domuꝫ
ſuam ⁊ in cubiculum ſuū gl̃ioſi
genitrix mea. Ibi.n.dabiſ mihi
vbera tua abundantius ⁊ per-
fectius : ⁊ ſaciabis me ſacietate
mirifica: ita vt nec eſuriam nec
ſitiam in eternum. Felix anima
mea: ſempqꝫ felix in ſecula: ſi in
tueri meruero gl̃iam tuam: bea
titudinem tuā: pulchritudinem
tuam. poꝛtas ⁊ muros tuos : ⁊
plateas tuas: ⁊ manſiones tuas
multas: nobiliſſimos ciues tuos
⁊ foꝛtiſſimum regē tuum in de
coꝛe ſuo. Muri nāqꝫ tui ex la-
pidibus pꝛecioſis : poꝛte tue ex
margaritis optimis : platee tue
ex auro puriſſimo: in quibus io
cundum alleluia ſine intermiſ-
ſione concinitur : manſiōes tue
multe : quadris lapidibus fun-
date: ſaphyris conſtructe: later
culis cooperte aureis: in quibꝰ
nullus ingreditur niſi mundus
nullus habitat iquinatus. Spe
cioſa facta es ⁊ ſuauis : in del
tijs tuis mater hieruſalem. Ni
hil in te tale quale hic patimur:
qualia in hac miſera vita cerni
mus. Nō ſunt in te tenebꝛe aut
nox: aut quelibet diuerſitas tē-
poꝛum. Non lucet in te lux lu-
cerne aut ſplendoꝛ lune: vel iu-
bar ſtellarum. ſed deus de deo:
lux de luce. ſol iuſtitie ſemper il
luminat te. Agnus candidus ⁊
immaculatus: lucidū ⁊ pulcher
rimum eſt lumen tuū. Sol tuus
⁊ claritas tua ⁊ omne bonū tu-
um. huius pulcherrimi regis i-
deficiens cōtemplatio. Ipſe rex
regum in medio tui: ⁊ pueri eiꝰ
in circuitu eius. Ibi hymnidici
angeloꝛum choꝛi: ibi ſocietas ſu
pnoꝛum ciuium. Ibi dulcis ſo-
lēnitas omnium ab hac triſti pe
grinatione : ad tua gaudia rede
untium. Ibi pꝛophetarum pꝛo
uidus choꝛꝰ: ibi duodenus apo
ſtoloꝛum numerus: ibi inumera
bilium martyꝝ victoꝛ exercitꝰ:
ibi ſanctoꝝ confeſſoꝛum ſacer
ꝯuentus: ibi veri ⁊ perfecti mo
nachi: ibi ſancte mulieres que
voluptates ſeculi ⁊ ſexus infir-
mitateꝫ vicerunt: ibi pueri ⁊ pu
elle qui annos ſuos ſanctis mo

rioꝛes tranſcenderunt: ibi ſunt
oues ⁊ agni: qui iam huius vo
luptatis laqueos euaſerunt: ex-
ultant omnes in proprijs man-
ſionibus. diſpar eſt gloria ſingu
loꝛum: ſed communis eſt letitia
omnium. Plena ⁊ perfecta ibi
regnat charitas: quia deus eſt
omnia in omnibus quem ſine fi
ne vident: ⁊ ſemper videndo i
eius amoꝛe ardent: amant ⁊ lau
dant: laudant ⁊ amant: omne o-
pus eoꝛum laus dei ſine defe-
ctione: ſine laboꝛe. Felix ego ⁊
vere in perpetuum felix. ſi poſt
reſolutionem huius coꝛpuſculi:
audire meruero illa cantica ce-
leſtis melodie: que cantãtur ad
laudem regis eterni: ab illis ſu
perne patrie ciuibus: beatoꝝqꝫ
ſpirituum agminibus. Foꝛtuna
tus ego: nimiumqꝫ beatus: ſi ⁊
ego ipe meruero cantare ea: ⁊
aſſiſtere regi meo: deo meo: ⁊
duci meo: ⁊ cernere eum in glo
ria ſua. ſicut ipſe polliceri di-
gnatus eſt: dicens. Pater vo-
lo: vt quos dediſti mihi ſint me
cum: vt videant claritatem me-
am quam habui apud te ante
conſtitutionem mundi. Et alibi.
Qui miniſtrat: me ſequatur: ⁊
vbi ſum ego illic ⁊ mi niſter me
us erit. Et iterum. Qui diligit
me diliget a patre meo: ⁊ ego
diligam eum ⁊ manifeſtabo ei
meipſum.

¶ Hymnus de glia paradiſi
Capitulum. xxv.

AD peren
nis vite fontem
mẽs ſitiuit arida.
Clauſtra carnis p̄
ſto frangi: clauſa querit aia.
Gliſcit: ambit: eluctat̃ exul frui
patria.
Dum preſſuris ac erumnis ſe
gemit obnoxiam.
Quam amiſit cum deliquit cõ
templatur gloꝛiam.
Preſens malum auget boni p̄
diti memoꝛiam.
Nam quis pꝛomat ſumme pa-
cis quanta ſit letitia.
Vbi viuis margaritis ſurgunt
edificia?
Auro celſa micant tecta: radiãt
tridinia?
Solis gẽmis pꝛecioſis hec ſtru
ctura nectitur.
Auro mundo tanqꝫ vitro: vr-
bis via ſternitur.
Abeſt limus: deeſt fimus: luce

nulla cernitur.
Hyemis horrens: eſtas torrẽs: illic nũ q̃ʒ ſeuiunt.
Flos perpetuus roſarum: ver agit perppetuum.
Candent lilia: rubeſcit crocus: ſudat balſamum.
Virent prata: vernant ſata: riui mellis influunt.
Pigmentorum ſpirat odor: liquor ⁊ aromatum.
Pendent poma floridorũ nõ lapſura nemorum.
Nõ alternat luna vices ſol vel curſus ſyderum.
Agnus eſt felicis vrbis lumen coinciduum.
Nox ⁊ tempus deſunt ei: dieʒ fert continuum.
Nam ⁊ ſancti quiqʒ velut ſol preclarus rutilant.
Poſt triumphum coronati mutuo coniubilant.
Et proſtrati pugnas hoſtis iaʒ ſecuri numerant.
Omni labe defecati: carnis bella neſciunt.
Caro facta ſpiritalis ⁊ mens vnum ſentiunt.
Pace multa perfruentes ſcandala non perferunt.
Mutabilibus exuti repetunt originem.
Et preſentem veritatis contemplantur ſpeciem.
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem.
Inde ſtatum ſemper idem exeuntes capiunt.
Clari viuidi iocundi nullis patent caſibus.
Abſunt morbi ſemper ſanis ſenectus iuuenibus.
Hinc perenne tenent eſſe: naʒ tranſire tranſijt.
Inde virent vigent florent: corruptela corruit.
Immortalitatis vigor mortꝭ ius abſorbuit.
Qui ſcienteʒ cuncta ſciunt: qd neſcire nequeunt?
Nam ⁊ pectoris archana penetrant alterutrum.
Vnum volunt: vnum nolunt: vnitas eſt mentium.
Licet cuiqʒ ſit diuerſum ꝑ labore meritum.
Charitas hec ſuum facit ꝙ dũ amat alterum.
Propriorum ſic ſingulorũ cõmune fit omnium.
Vbi corpus illic iure congregantur aquile.
Quo cum angelis ⁊ ſancte ⁊

creẽtur anime.
Uno pane viuunt ciues vtri⸗
uſqꝫ patrie.
Auidi ⁊ ſemper pleni: quod ha
bent deſiderant.
Non ſacietas faſtidit: neqꝫ fa⸗
mes cruciat.
Inhiantes ſemꝑ edunt: ⁊ eden
tes inhiant.
Nouas ſemper armonias vox
meloda concepat.
Et in iubilum ꝓlata mulcens
aures organa.
Digna per queꝫ ſunt victores
regi dant preconia.
Felix celi que preſentum regeꝫ
cernit anima.
Et ſede ſpectet alta orbis volui
machina.
Solem lunam' ⁊ globoſa cum
planetis ſydera.
Chriſte palma bellatorum hoc
in municipium.
Introduc me ſolutum militare
cingulum.
Fac conſortem donatiui beato
rum ciuium.
Probes vires in exhauſto la⸗
boranti prelio.
Et quietem poſt precinctuꝫ de
beas emerito.
Teqꝫ merear potiri ſine fine
premio. Amen.

¶ Laus continua quam facit anima ex contemplatione ſupne diuinitatis. Cap. xxvj.

Benedic anima mea dño: ⁊ omnia que intra me ſūt nomini ſancto eius. Benedic anima mea domino ⁊ noli obliuiſci omnes retributiones eius. Benedicite domino omnia opera ei⁹ in omni loco dominationis ei⁹: Benedic anima mea domino. Laudemus deum quem laudāt angeli: adorant dominationes: tremunt poteſtates. cui cherubin ⁊ ſeraphin inceſſabili voce proclamant. Sanctus: ſanctus: ſanctus. Iungamus voces noſtras vocibus angelorum ſanctorum: ⁊ communem dominū laudemus pro modulo noſtro. Illi enim laudant dominuꝫ puriſſime ⁊ inceſſanter: qui ſemper inherent contemplationi diuine: non per ſpeculum ⁊ in enigmate: ſed facie ad facieꝫ. Sꝫ quis dicere vel cogitare ſufficiat qualis ſit in conſpectu domini dei omnipotentis, illa beato

rum ſpirituum: celeſtiumqꝫ vir
tutum innumerabilis multitu-
do? Que ſit in eis ſine fine fe-
ſtiuitas viſionis dei? Que leti-
tia ſine defectu? Qui amoris
ardor: non crucians ſed dele-
ctans? Quod ſit in eis deſideri
um viſionis dei cum ſatietate: ⁊
ſatietas cum deſiderio. in qui-
bus nec deſiderium penam ge
nerat nec ſatietas faſtidium pa-
rit? Quomodo inherendo ſū-
me beatitudini ſūt beati? Quo
modo coniuncti vero lumini ſa
cti ſunt lux? Quomodo ſemp
aſpicientes icommutabilem tri
nitatem: mutati ſunt in icommu
tabilitatem? Sed quando illaꝫ
angelice dignitatis celſitudineꝫ
comprehendere poterimus?
quando nec ipſius anime no-
ſtre naturam inueſtigare vale-
mus? Qualis eſt iſta que car-
nem viuificare poteſt: ſe autem
in ſanctis cogitationibꝰ vt vo
let conſtringere nō poteſt?
Qualis eſt iſta tam fortis: tam
infirma: tam parua: tam ma-
gna: que rimatur ſecreta dei et
celeſtia cōtemplatur: atqꝫ hu-
manis cōmodis multarum ar-
tium peritiam perſpicaci inge-
nio adinueniſſe ꝓbatur? Qua
lis ergo eſt iſta que tam multa
de ceteris nouit: ⁊ ſe qualiter fa
cta ſit prorſus ignorat? Licet
enim nonnulla ambigua a qui-
buſdam ſuper eius origine pro-
ferantur: inuenimus tamen eaꝫ
eſſe quendam intellectualeꝫ ſpi
ritum: per creatoris potentiam
factum: immortaliter iuxta mo-
dum ſuum viuentem: mortale
corpus quod ſuſtinet viuifican
tem: mutabilitati ſubiectuꝫ: obli
uioni deditum. que timor ſepe
afficit: letitia extollit. O res mi
ra omniqꝫ ſtupore digniſſima.
De deo quidem creatore om-
nium qui eſt incomprehenſibi-
lis ⁊ ineffabilis: excelſa ⁊ mira
bilia nimis omni remota ambi
guitate legimꝰ: loquimur: ⁊ ſcri
bimus. De angelis auteꝫ ⁊ ani
mabus quicquid dicimus: non
taꝫ euidenter approbare poſſi
mus. Sed tranſeat ab his ani-
mus: ⁊ tranſcēdat: omne quod
creatum eſt: currat ⁊ aſcendat ⁊
volitet ⁊ pertranſeat. ⁊ in eum
qui creauit omnia quantum po
teſt oculos fidei dirigat. Faciaꝫ
ergo gradus aſcenſionis in cor
de meo: ⁊ per ipſos aſcendam

animam meam: ⁊ per ipſam mẽ tem meam aſcendam ad domi- num meũ: qui capiti meo deſup manet. Quicquid viſibiliter cer nitur: quicquid ſpiritaliter imagi- natur: foꝛti manu ab intuitu coꝛ dis ⁊ mentis pꝛocul remoueat. Solus itellectus purus ⁊ ſim- plex incedẽs: rapido volatu ad ipm perueniat conditoꝛẽ ange loꝝ: ⁊ aiarum: ⁊ oium rerum. Mens illa beata que ima deſe rit: ſumma petit: que ponit in ar duis: ſedem habitationis ſue: ⁊ de ſũmis rupibus ꝯtemplatur ſolem iuſtitie aquilinis obtuti- bus. Nihil.n.tam pulchꝛum at qꝫ iocundum: q̃ꝫ ipm ſoluz mẽ tis intuitu ⁊ coꝛdis auiditate cõ templari deum: ⁊ miro modo i uiſibiliter cernere inuiſibilem: ſicqꝫ aliam non iſtã guſtare dul cedinem: ⁊ inſpicere aliam: non iſtam lucem. Lux.n.iſta que lo- co clauditur: tpe finitur: noctiũ interruptiõe variatur: ⁊ quam cõem cum vermibus ⁊ pecoꝛi- bus habemus: in cõparatiõe il lius ſũme lucis non eſt lux dicẽ da ſed nox.

¶ Quid quodãmõ deuz cerne re ⁊ tenere ⁊ qualiter ſit de deo ſentiendum. Cap. xxvij.

Quanquã aũt illa ſũma ⁊ i cõmutabilis eẽn tia: lux vera: lux idefficiẽs: lux angeloꝝ a nemie ꝯſpici valeat in hac vita: qđ p̄- miũ ſãctis reſuat in celeſti glia illud tñ credere ⁊ intelligere ⁊ ſentri ⁊ ardẽter ihiare: quodã- modo illũ cernere ẽ atqꝫ tenere Sonet itaqꝫ vox ſup angelos ⁊ homo intẽta mẽte ꝯtempletur de um: verbis qbus põt: ſuas illi dicat laudes. Iuſtũ nãqꝫ eſt vt creatura ſuũ laudet creatoꝛez. Ipe.n.ad laudandũ ſe nos crea uit: q nr̃is non idiget laudibus. Eſt aũt virtus icõpꝛehẽſibilis nullius idigẽs: ipe ſibi ſufficiẽs magnus dñs deus nr̄: ⁊ magna virtus eiꝰ ⁊ ſapiẽtie eius nõ eſt nũerus: magnus dñs deus nr̄ ⁊ laudabilis valde. Hunc itaqꝫ mẽs diligat: lingua canat: manꝰ ſcribat: atqꝫ in his ſãctis ſtudijs fidelis animꝰ ſe totuz exerceat. Huius videlꝫ celeſtis theoꝛice: ſuauiſſimis dapibus vir deſide rioꝝ: ⁊ celeſtiũ cõtemplatoꝛ aſſidue reficiatur. vt hoc celeſti

pabuloſa ſaginatus clamet clamore magno: clamet totis medullis cordis: clamet in iubilo ⁊ ardentiſſimo ment' deſiderio dicat.

¶ Oratio explicans plurimas deitatis proprietates.

Capitulum. xxviij.

O Summe optime: oipotentiſſime: miſericordioſiſſime: iuſtiſſime: ſecretiſſime: preſentiſſime: pulcherrime: ⁊ fortiſſime: ſtabilis ⁊ incomprehenſibilis: inuiſibilis: omnia videns: imutabilis: omnia mutans: imortalis: illocalis: interminus: incircūſcriptus: nuſq̄ꝫ finitus: ineſtimabilis: ineffabilis: inſcrutabilis: immotus: omnia mouens: inueſtigabilis: indicibilis: metuēdus atqꝫ terribilis: honorandus atqꝫ timendus: venerandus atqꝫ reuerendus. Nunq̄ꝫ nouus: nūq̄ꝫ vetus: innouans omnia: ⁊ in vetuſtatem perducens ſupbos ⁊ neſciūt. Semper qꝫ agēs: ſemper quietus: colligens ⁊ non egens: omnia portans ſine onere omnia implens ſine incluſione: omnia creans: Protegens: nutriens: ⁊ proficiens. Querens cum nihil deſit tibi. Amās nec eſtuas: zelans ⁊ ſecurus es. Penitet te: ⁊ non doles. Iraſceris ⁊ tranquillus es. Opera mutas: ſed non conſiliuꝫ. Recipis quod inuenis: ⁊ nunq̄ꝫ amiſiſti. Nunq̄ꝫ inops: ⁊ gaudes lucris nunq̄ꝫ auarus ⁊ vſuras exigis: Supererogatur tibi vt debeas ⁊ quis habet quicq̄ꝫ non tuuꝫ? Reddis debita: nulli debens: donas debita nihil perdens.

Qui ſolus viuificas omnia: qui creaſti omnia: q vbiqꝫ es ⁊ vbiqꝫ totus: qui ſentiri potes: videri non potes: qui nuſq̄ꝫ dees: ⁊ tamen ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees vbi longe es: q: vbi non es per gratiaꝫ: ades per vindictā. Qui omnia tangis: nec tamen omnia tangis equaliter. Quedam enim tangis vt ſint: non tamen vt viuant: ſentiant: ⁊ diſcernant: quedā vero tangis vt ſint ⁊ viuant: non tamen vt ſentiāt ⁊ diſcernant. Quedam vͦ tangis vt ſint viuant. ⁊ ſentiant: nō tamen vt diſcernant. Quedam vero tangis vt ſint viuant ſen-

tiant ⁊ diſcernant. Et cum tibi-
metipſi nunq̃ȝ diſſimilis ſis: diſ
ſimiliter tamen tangis diſſimi-
lia: qui vbiq̃ȝ ſemper p̄ſens es:
⁊ inueniri vix potes. Queȝ ſtan
tem ſequimur ⁊ apprehendere
nō valemus. Qui tenes omnia
imples omnia: circumplecteris
omnia: ſuperexcedis omnia: ſu-
ſtines omnia. Neq̃ȝ ex alia pte
ſuſtines: atq̃ȝ ex alia parte ſupa
ris: neq̃ȝ ex alia parte imples: ⁊
ex alia circūplecteris: ſed circō-
plectendo imples: ⁊ implendo
circūplecteris: ſuſtinendo ſuper
excedis: ⁊ ſuperexcedendo ſuſti
nes. Qui doces corda fidelium
ſine ſtrepitu verborum. Qui at
tendis a fine vſq̃ȝ ad finem for-
titer: ⁊ diſponis omnia ſuauiter
Qui locis non diſtenderis: nec
temporibus variaris. Neq̃ȝ ha
bes acceſſus ⁊ receſſus: ſed ha
bitas lucem inacceſſibilem: quā
nullus hominū videre poteſt.
In te manens quietus: vbiq̃ȝ
circuis totum: vbiq̃ȝ prorſus to
tus. Non enim ſcindi vel diui-
di poteris: quia vere vnus es:
nec in partes efficeris: quia to-
tus totum tenes: totum imples:
totum illuſtras ⁊ poſſides. Nu
ius videlicet myſterij immen-
ſam profunditateȝ mens huma
na concipere nō poteſt: nec ora
toria lingua enarrare: neq̃ȝ diſ-
fuſi ſermones nec bibliothecaꝝ
volumina queunt explicare. Si
totum mundum libri repleant:
tua ſcientia inenarrabilis expli
cari non poteſt: quoniam vere
indicibilis es: nullo modo ſcribi
potes neq̃ȝ concludi: q: es fons
lucis diuine: ⁊ ſol claritatis eter
ne. Magnus enim es ſine quā
titate: ⁊ ideo immēſus. Bonus
es ſine qualitate: ⁊ ideo vere et
ſumme bonus: ⁊ nemo bonus
niſi tu ſolus: cuius voluntas eſt
opus: cui⁹ velle poſſe eſt. Qui
omnia de nihilo creaſti: que ſo-
la volūtate tua feciſti. Qui om
nem creaturam tuaȝ abſq̃ȝ indi-
gentia aliqua poſſides: ⁊ ſine la
bore gubernaſ: ⁊ abſq̃ȝ tedio re
gis. Et nihil eſt quod perturbet
ordinem imperij tui vel in ſum
mis vel in imis. Qui in omni-
bus locis ſine loco haberis: et
omnia contines ſine ambitu: et
vbiq̃ȝ es preſens ſine ſitu ⁊ mo
tu. Qui nec mali auctores: qđ-
q̃ȝ facere non potes: qui nihil
non potes: neq̃ȝ vnq̃ȝ te aliqd

ſeciſſe penituit:nec vllius cómotionis animi tui tempeſtate turbaris:nec totius terre pericula damnum tuum eſt. Nulla flagitia vel ſcelera probas aut imperas. Nunq̃ mentiris on.i.exiſtens: q: eterna vitas es. Cuius vnius bonitate facti ſumus: et iuſticia penas luimus: ⁊ clementia liberamur. Ná nihil celeſte: nihil igneum: nihil terrenū: nihilq̃ qḋ corporis ſenſus attingat pro te colendum eſt: qui vere es quod es: ⁊ non mutaris. Cui maxie ꝯuenit illud qḋ greci dicunt on:latini exiſtés eſt: qḋ ſemp idem ipſe es ⁊ anni tui nó deficient. Hec ⁊ alia multa docuit me ſancta mater eccl'ia:cuius factus ſum membrum ꝑ gratiam tuá. Docuit me ſane te ſolum ⁊ vnum ⁊ vez deū:nó eſſe corporeū ⁊ paſſibilem. Nihilq̃ de ſubſtantia tua: vel natura vllo modo eſſe violabile aut commutabile: aut compoſitum vel factum. Et ideo certum eſt corporeis oculis te non poſſe ſentiri: ſed nec ab vllo mortalium i propria eſſentia aliquando potuiſſe videri. Hinc etenim patéſcr datur intelligi q̃ vnde angeli te intuent:inde ⁊ nos poſt hác vitam te videbimus. Sed nec ipſi ꝑfecto te videre poſſunt ſicuti es. nulli deniq̃ aliȷ tota niſi tibi ſoli:nota eſt omnipotens trinitas.

¶ De vnitate perſonaꝝ ⁊ pluralitate in deo. Cap. xxix.

TU vero vnitas es diuinitatis: perſonaruȝ pluralitate multiplex:numerabiliter es innumerabilis: ac iccirco menſurabiliter immenſurabilis. ⁊ ponderabiliter imponderabilis. Nó eni ſumme bonitatis: que tu ipſe es profitemur originē:ex qua oia: per quá omnia: in qua oia: ſed eius participatione dicim⁹ oia bona. Nam tua diuina eſſentia ſemp caruit ac caret materia: lȝ non careat forma:forma.ſ.informata:forma formarū:forma formoſiſſima: quá dum imprimis quaſi ſigillū rebus ſingulis: eas ſine tui augmenti aut tui detrimenti mutabilitate proculdubio a te facis differre? Quicqd autem in natura creaturaꝝ é creatura tua eſt. O vna trinitas: et

trina vnitas deus: cuius omni-
potentia oia poſſidet ⁊ regit et
iplet que ſcreauit. Nec ideo te
implere omnia dicim⁹ vt te ꝯti
neant: ſed vt ipſa potius a te ꝯti
neantur: nec particulatim ipleſ
omnia: nec vllatenus ita putan-
dum eſt vt vnaqueqꝫ creatura
pro magnitudine portionis ſue
capiat te. i. maxima maius ⁊ mi
nima min⁹: dum ſis potius ipſe
in oibus ſiue oia in te. Cui⁹ oi-
potentia cõcludit vniuerſa: nec
euadendi potentiam tuam: quis
aditum inuenire poterit. Qui
enim te nõ habet placatum: ne-
quaqꝫ euadet iratum: ſicut ſcri-
ptum eſt. Neqꝫ ab oriente neqꝫ
ab occidẽte neqꝫ a deſertis mõ-
tibus qm̃ deus iudex eſt. Et ali-
bi. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo
a facie tua fugiam? Immẽſitas
diuine magnitudinis tue iſta eſt
vt intelligamus te intra oia: ſed
non incluſum: extra oia ſed non
excluſū. Et ideo interior es: vt
oia cõtineas: ⁊ ideo exterior es
vt incircũſcripte magnitudinis
tue immenſitate omnia conclu-
das. Per id ergo qd̃ exterior
es: oſtenderis eſſe creator: p id
vero quod interior es guberna
tor omnium demonſtraris: ac
ne oia que creata ſunt: ſine te eſ
ſent: interior es: exterior: No vt
oia includantur a te: non locali
magnitudine: ſed potentiali pre
ſentia: qui vbiqꝫ preſens es: et
oia tibi preſentia: quãuis quidã
intelligant: quidam vero nõ in-
telligant. Inſeparabilis ergo
nature tue vnitas: ſeparabiles
non poteſt habere perſonas: qr
ſicut es trinitas in vnitate: ⁊ vni
tas in trinitate: ſic ſeparationem
nõ potes habere pſonarũ. No
minantur qdem ille pſone aliqñ
ſingule: ſed ita te voluiſti deus
trinitas inſeparabilem oſtẽde-
re in pſonis: vt nullũ tibi nomẽ
ſit in qualibꝫ perſona: qd nõ ad
aliam ſm relationis regulaꝫ re
feratur: ſicut pater ad filiũ: ⁊ fi
lius ad patrẽ: ſic ſpiritus ſanct⁹
ad patrem ⁊ filiũ veriſſime re-
fertur. Ea vero nomina: q̃ ſub-
ſtantiam: vel perſonam: vel po-
tentiam: vel eſſentiam tuam ſi-
gnificant: vel quicquid ꝓprie di
citur deus omnib⁹ pſonis equa
liter ꝯueniũt: vt de⁹ magn⁹: ops
etern⁹: ⁊ oia q̃ naturaliter de deo
dicuntur. Nõ eſt ergo aliqd na
ture nomẽ qd ſic tibi deo pa-

tri conuenire valeat: vt aut filio
tuo: aut ſpiritui ſancto conueni-
re nequeat. Dicimus te patrem
naturaliter eſſe deum: ſed natu-
raliter eſt filius deus: naturali-
ter ⁊ ſpiritus ſanctus: non tamē
tres dij: ſed vnꝰ naturaliter deꝰ
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctꝰ.
Idcirco inſeparabilis es ſancta
trinitas in perſonis: ſenſu intel
ligenda: quāuis voce ſeparabi-
lia habeas nomina: quia pluralē
numerum in nature nominibuſ
nullatenus recipis. In hoc eniȝ
oſtenditur pſonas non poſſe di
uidi in ſancta trinitate que vnꝰ
deus verus eſt: qꝛ cuiuſlibꝫ per
ſone nomen ſemꝑ ad alteram re
ſpicit perſonam. Si patrem di-
co: filiū oſtendo: ſi filiū noīo: pa
trem predico: ſi ſpiritum ſanctū
appello: alicuius eſſe ſpiritum
neceſſe eſt intelligi. ſ. patris ⁊ fi
lij. Hec eſt enim fides vera ve-
niens de ſacra doctrina: hec cer
te eſt fides catholica ⁊ orthodo
xa: quā me docuit deus in ſinu
matris eccleſie: gratia ſua.

¶ Oratio ad ſanctā trinitatē.
Capitulum. xxx.

Inuocat ita

qꝫ tūc te fides mea quā dediſti
mihi propter bonitatem tuā ad
ſalutationem meam. Fidelis au
tem aīa ex fide viuit: tenet ī ſpe
qd videbit ī re. Inuocat te deꝰ
meus caſta cōſciētia mea: ⁊ ſua
uis amor fidei mee: quā excuſ-
ſis ignorantie tenebris: ad veri
tatis intelligentiam perduxiſti:
⁊ quam a ſtulta ſeculi amaritu-
dine eruiſti: atqꝫ adhibita tue
dulcedinis charitate iocundam
mihi ⁊ mellifluam reddidiſti.
Inuocat te trinitas beata: vox
clara: ⁊ ſincerus amor fidei mee
quam ab ipſis enutriens cuna-
bulis illuminaſti ſemper per il-
luſtrationē gratie tue: ⁊ qꝫ ad-
augens confirmaſti in me per
documenta matris eccleſie. Te
inuoco beata ⁊ benedicta ⁊ glo
rioſa trinitas: pater ⁊ filius et
ſpiritus ſanctus: deus: dñs: pa-
raclytus: charitas: gratia: cōica
tio. Genitor: genitus: regene-
rans. Verum lumen: ex lumine
vero: vera illumīatio. Fons: flu
men: irrigatio. Ab vno omnia:
per vnū omnia: in vno omnia.
A quo: per quē: in quo oīa. Vi
uens vita: vita a viuente: viuen
tium viuificator. Vnus a ſe: vnꝰ

ab vno: vnus ab ambob⁹. Non
a ſe: non ab altero: non ab vtroqꝫ
Uerax pater: veritas filius: ve
ritas ſpiritus ſanctus. Una er-
go pater: logos: paradytuſqꝫ eſ
ſentia: vna virtus: vna bonitas:
vna beatitudo: a quo: per queꝫ:
⁊ in quo beata ſunt omnia: que
cūqꝫ beata ſunt.

¶ Quod deus vera ⁊ ſumma
vita eſt. Cap. xxxj.

DEus ve
ra ⁊ ſumma vita
a quo: per queꝫ:
⁊ in quo viuunt
omnia: quecūqꝫ vere ⁊ beate vi
uunt. Deus bonum ⁊ pulchrū:
a quo per queꝫ: ⁊ in quo bona
⁊ pulchra ſunt. Deus cuius nos
fides excitat: ſpes erigit: chari-
tas iungit. Deus qui petite iu-
bes ⁊ inueniri te facis: ⁊ pulſan
ti aperis. Deus a quo auerti ca
dere eſt: ad quem conuerti ſur-
gere eſt: in quo manere conſiſte
re eſt. Deus quem nemo amit-
tit niſi deceptus: nemo querit ni
ſi admonitus: nemo inuenit niſi
purgatus. Deus quem noſſe vi
uere eſt: cui ſeruire regnare eſt:
quem laudare ſalus ⁊ gaudium
anime eſt. Te labijs ⁊ corde oi-
qꝫ qua valeo virtute laudo: be-
nedico atqꝫ adoro: tueqꝫ demē-
tie ⁊ bonitati pro vniuerſis be-
neficijs tuis gratias refero: et
hymnum glorie tue cano ſanct⁹
ſanctus: ſanctus. Te inuoco o be
ata trinitas vt venias in me: et
templum me facias dignuꝫ glo
rie tue. Rogo patrem per fili-
um. Rogo filium per patrem.
Rogo ſpiritum ſanctuꝫ per pa
trem ⁊ filium: vt omnia vicia
elongentur a me: ⁊ omnes ſan-
cte virtutes plantentur in me.
Deus immenſe a quo omnia: ꝑ
quem omnia: in quo omnia fa-
cta ſunt: viſibilia et inuiſibilia.
Qui opera tua extra circūdas
⁊ intra reples: ſupra tegis: ⁊ in-
fra fers. Cuſtodi me opus ma-
nuum tuarum in te ſperantem:
⁊ i tua ſolūmodo miſericordia
confidentem. Cuſtodi me queſo
hic ⁊ vbiqꝫ: nunc ⁊ ſemper: in-
tus ⁊ foris: ante ⁊ retro: ſupra et
infra: circūcirca: ita vt in me nul
lus pateat locus inſidijs inimi-
corꝫ. Tu es deus oipotens: cu
ſtos et protector omnium in te
ſperantium: ſine quo nemo eſt
tutus: nemo ō periculis libera-

tus. Tu es deus ꝛ non ē aliꝰ deꝰ
preter te: neqꝫ in celo sursum: ne
qꝫ i terra deorsum: qui facis ma
gnalia ꝛ mirabilia ꝛ inscrutabi
lia quoꝝ nō est numerus. Te de
cet laus: te decet honor: te decet
hymnus: tibi oēs angeli: tibi ce
li: ꝛ vniuerse potestates: hym
nos dicunt ꝛ laudes indesinēter
cōcinunt: vtpote creatori creatu
re: dn̄o serui: regi milites: te san
ctam ꝛ indiuiduam trinitatē oīs
creatura magnificat: omnis spi
ritus laudat.

¶ Laus angeloꝝ et hominū.
Capitulum. xxxij.

Tibi sācti
et humiles corde
tibi spūs et aīe iu
storū: tibi oēs su
perni ciues et cuncti beatorum
spirituū ordines: gloriam et ho
norem suppliciter adorantes cō
cinūt sine fine. Laudant te dn̄e
illi supni ciues magnifice et ho
norabiliter. Laudat te hō ma
gna portio creature tue. Sed et
ego peccator homūcio: deside
rio magno cupio te laudare: a
mare te opto: amore precipuo.
Deus meꝰ vita mea: fortitudo
mea: et laudatio mea: dignare me
laudare te. Da mihi lumē i cor
de: verbum in ore: vt cor meum
meditetur gloriam tuam: et lin
gua mea tota die cantet laudes
tuas. Sed qr nō est pulchra laus
in ore peccatoris: et qr vir pollu
tus labijs ego sum: munda obse
cro cor meū ab omni inquinamē
to: sanctifica me sanctificator oī
potens interius et exterius: et fac
me dignum laudibus tuis. Su
scipe benigne et acceptabiliter
d̄ manu cordis et de mētis amo
re: suscipe sacrificium labiorum
meorū: fiatqꝫ acceptabile in con
spectu tuo: et ascēdat ad te i odo
rem suauitatis. Memoria tua
sancta ꝛ dulcedo tua beatissima
possideat totam aīam meā: atqꝫ
in inuisibiliū amorem rapiat eā.
Trāseat de visibilibus ad inuisi
bilia: de terrenis ad celestia: de
temporalibus ad eterna: trāseat
ꝛ videat visionē mirabilem. O
eterna vitas: et vera charitas: et
chara eternitas: tu es deus meꝰ
ad te suspiro nocte ac die: tibi i
hio tibi intēdo: ad te puenire de
sidero: qui nouit te: nouit veri
tatem: nouit eternitate m. Tu ve
ritas super oia presid es: quē vi

Videbimus ſicuti es cum ptranſie
rit hec vita ceca et mortalis: in
qua dicitur nobis: vbi eſt deus
tuus? Et ego dico: deus me⁹ ubi
es? Reſpiro i te paululum cum
effundo ſuper te animá meá: in
voce exultationis et cōfeſſionis
ſoni epulátis et feſtiuitatem ce-
lebrantis: et adhuc triſtis eſt: q:
relabitur et fit abiſſus: vel quin
potius ſentit ſe adhuc eſſe abiſ-
ſum. Dicit ei: fides mea quá ac
cendiſti i nocte ante pedes me-
os. Quare triſtis es aia mea: et
quare ꝯturbas me? ſpera i deo:
lucerna pedibus meis verbum
eius. Spa et pſeuera donec per
tranſeat nox mater iniquoꝝ: do
nec pertráſeat ira dei: cuius fui
mus aliquando filij. Fuim⁹ eni
aliquando tenebre: donec tran-
ſeant iſte penitus quaꝝ reſidua
adhuc trahimus in corpore ꝑ-
pter peccatum mortuo: donec
aſpiret dies ⁊ inclinentur vm-
bre: ſpera in domino: mane aſta
bo: ⁊ contemplabor: ſemper qꝫ
confitebor ei. Mane aſtabo et
videbo ſalutare vultus mei deū
meū: qui viuificat mortalia cor
pora noſtra: propter inhabitan-
tem ſpiritum eius in nobis: vt
iam ſimus lux: dum adhuc ſpe
ſalui facti ſumus ⁊ filij lucis ⁊ fi
lij diei: non noctis: neqꝫ tenebra
rum. Fuimus enim aliquando
tenebre: nunc autē lux in te de⁹
noſter: ⁊ tamen adhuc per fidē
nec dum per ſpém. Spes que
videtur non eſt ſpes. Laudant
te dn̄e illi populi angeloꝝ tuo-
rum immortales: ⁊ glorificant
nomen tuū celeſtes virtutes: q
non habēt opus legere hāc ſcri
pturá noſtram: ⁊ cognoſcere te
ſanctam ⁊ indiuiduam trinitaté.
Vident enim faciem tuam ſem
per: ⁊ ibi legunt ſine ſyllabis té
porū: quid velit eterna volūtas
tua: legunt: eligūt ⁊ diligunt: ſem
per qꝫ legūt ⁊ nunqꝫ preterit id
qd legunt. Eligēdo ⁊ diligēdo:
legunt ipſam immutabilitatem
cōſilij tui: ⁊ nō claudet codex eo
rum: nec plicabit liber eoꝝ: qm̄
tu ipſe illis: hoc es: ⁊ eris ī eter
nū. O beate nimiū ille celorum
virtutes que laudare te pn̄t ſan
cte ⁊ puriſſime: cū nimia dulce-
dine ⁊ ineffabili exultatiōe: ide
laudant vnde gaudent: q: ſemp
vidēt vn̄ gaudere valeát ⁊ lau-
dare. Nos vero mole carnis
preſſi: ⁊ procul a vultu tuo i hac

peregrinatione poſiti: atq₃ per
mundanas varietates diſtenti:
digne laudare nequimus: lau-
damus tamen per fidem non
per ſpeciem. illi vero angelici ſpi
ritus per ſpeciem non per fidē.
Hoc enim caro facit vt multo
aliter laudemus ꝙ̄ illi. Sed lȝ
diuerſis modis laudes dicamꝰ:
tu vnus es deus creator omniū
cui ſacrificium laudis in celo ⁊ i
terra offertur: peruenturi ta-
men miſericordia tua ad eorum
conſortium cum quibus te ſem
per videbimus: ⁊ ſine fine lau-
dabimus. Tribue domine vt do
nec in hoc fragili corpore poſi-
tus ſum: laudet te cor meum: lau
det te lingua mea: ⁊ omnia oſſa
mea dicant. domine quis ſimi-
lis tui? Tu es deus op̄s quem
trinum in perſonis: ⁊ vnum in
ſubſtātia deitatis: colimus ⁊ a-
doramus. patrem ingenitum: fi
lium de patre vnigenitum: ſpm̄
ſanctum de vtroq₃ procedentē:
⁊ in vtroq₃ permanentem: ſan
ctam ⁊ indiuiduam trinitatem:
vnum deum omnipotentem: q
cum non eſſemus potenter fe-
ciſti nos: ⁊ cū perditi fuiſſemꝰ
culpa noſtra: pietate ⁊ bonitate
tua mirabiliter recuperaſti nos
ne ſinas nos eſſe ingratos obſe
cro tantis beneficijs ⁊ īdignos
tam multis miſerationibus. Te
deprecor: ſupplico: ⁊ rogo: auge
fidem: auge ſpem: auge chari-
tatem. Fac nos per ipſam gra-
tiam tuam ſemper in fide ſtabi
les: ⁊ in opere efficaces: vt per
fidem rectam: ⁊ condigna fide ī
opera: ad vitam te miſerante ꝑ
ueniamus eternam: vt ibi vidē
tes gl'iam tuam: ſicuti eſt: adore
mus maieſtatem tuam: ⁊ dica-
mus pariter: quos dignos fece
ris videre gloriam tuam. Glo-
ria patri qui creauit nos. gloria
filio qui redemit nos. glīa ſpūi
ſancto qui ſanctificauit nos. glo
ria ſumme ⁊ indiuidue trinitati
cuius opera inſeparabilia ſunt:
cuius imperium ſine fine ma-
net. Te decet laus. te decet hym
nus. tibi debetur omnis honor.
tibi benedictio ⁊ claritas. tibi
gratiarum actio. tibi honor. vir
tus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſe
cula ſeculorum amen.

¶ Hic conquerit homo ꝙ nō
compungitur in contemplatiōe
ex quo angeli quoq₃ tremūt de
um videntes. Cap. xxiij.

Ignoſce

Ignoſce
domine: ignoſce
pie: ignoſce ⁊ mi
ſerere: parce igno
rantie mee: ⁊ multe imperfecti
oni mee. Noli me tanq̃ teme⸗
rarium reprobare ꝙ audeam
ſeruus vtinam vel bonus: ⁊ nō
etiam inutilis ⁊ malus: ⁊ ideo
valde malus: q: te omnipoten⸗
tem deum noſtrum: terribilem
⁊ nimis metuendum ſine cor⸗
dis contritione ⁊ lachrymaruꝫ
fonte: ſine reuerentia debita et
tremore laudo bn̄dico atqꝫ a⸗
doro. Si enim angeli te adorā
tes ⁊ laudantes tremunt mira
exultatione repleti. ego pecca⸗
tor dum tibi aſſiſto: laudes di⸗
co: ſacrificium offero: cur non
corde paueo: vultu palleo: labi⸗
is tremo: toto corpore inhorre⸗
ſco ſicqꝫ abortis lachrimis co⸗
ram te indeſinenter lugeo? Uo
lo: ſed non valeo: quia nequeo
ꝙ deſidero. Hinc enim mecuꝫ
vehementer admiror: dum te
nimis terribileꝫ oculis fidei cer
no. Sed quis hoc ſine ope gra
tie tue? vniuerſa enim ſalus no
ſtra: magna miſericordia tua.

Miſerum me: quomodo ſic i⸗
ſenſata facta eſt anima mea: vt
nō terreatur terrore nimio: duꝫ
ſtat ante deum: ⁊ ſuas illi lau⸗
des decantat? Miſerum me:
quomodo ſic indurauit cor me⸗
um: vt oculi mei indeſinenter
non producant flumina lachri⸗
marum: dum conſeruus ſermo
cionatur coram domino ſuo. ho
mo cum deo: creatura cuꝫ crea
tore. qui factus eſt ex limo: cum
eo q̄ omnia fecit ex nihilo? Ec⸗
ce domine pono me ante te: et
quid in ſecretis đ me ſentio: fra
ternis auribus non taceo. Tu
diues in miſericordia: ⁊ largus
in premijs: da mihi de bonis tu
is vt ex eis ſeruiam tibi. Non
enim aliunde poſſumus ſeruire
neqꝫ tibi placere niſi de tuo mu
nere. Confige queſo timore tuo
carnes meas: letetur cor meum
vt timeat nomen tuum. Utinaꝫ
ſic te timeret peccatrix anima:
quo modo ille vir ſanctus qui
dixit. Semper enim quaſi tumē
tes ſuper me fluctus: timui de⸗
um. Dator enim omniuꝫ bono
rum deus: da mihi inter laudeſ
tuas fontem lachrimaruꝫ: ſimul
cum cordis puritate ⁊ mentis

iubilatione: vt perfecte te diligens ⁊ digne te laudans: ipſo cordis palato ſentiã: guſtem ⁊ ſapiã: qȝ dulcis ⁊ ſuauis es domine: ſicut ſcriptum eſt. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Beatus vir q ſperat in eo: beatus populus qui ſcit iubilatiõeȝ: beatus vir cuius ẽ auxiliũ abs te: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quẽ poſuit. Beati mũdo corde qm̄ ipſi deũ videbũt. Beati q habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

¶ Oratio cor multum mouens ad deuotioneȝ ⁊ diuinũ amorẽ.

Capitulum. xxxiiij.

Jeſu noſtra redẽptio: amor ⁊ deſideriũ: deus de deo: adeſto mihi famulo tuo. Te inuoco: ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Te inuoco in aiam meã: intra in eã: ⁊ coapta eã tibi: vt poſſideas eã ſine ruga ⁊ ſine macula. Mũdiſſimo nã qȝ dño mũda debet habitatio. Sanctifica ergo me: vas tuum quod feciſti: de malitia euacua: imple de gratia: ⁊ plenum conſerua: ita vt dignum habitationis tue efficiar tẽplum hic ⁊ in perpetuũ. Dulciſſime. beniginiſſime. amantiſſime. chariſſime. potentiſſime. deſideratiſſime. precioſiſſime. amabiliſ. pulcherrime. tu melle dulcior. lacte ⁊ niue candidior. nectare ſuauior. gẽmis ⁊ auro p̄cioſior. cũctiſqȝ terrarum diuitijs ⁊ honoribus mihi carior. Quid dico deus meus: vna ſpes mea. tam grandis miſericordia mea. Quid dico dulcedo felix ⁊ ſecura? quid dico dum talia dico? Dico quod valeo. ſȝ non dico quod debeo. vtinam poſſeȝ talia dicere q̄lia illi hymnicidi angelorũ chori. O q̄ȝ libenter me in tuis laudibus totum effunderem. O q̄ȝ deuotiſſime illa celeſtis melodie cantica: ad laudem ⁊ gloriam nominis tui in medio eccleſie infatigabilis perorarem. Sȝ quia talia non poſſuȝ. nunquid tacebo? Ve tacentibus de te: q ora mutorum reſoluis: ⁊ liguas infantium facis diſertas. Ve tacentibus de te quoniam ipſi loquaces muti ſunt: cuȝ non tuas laudes dicunt. Quis digne te

laudare poteſt? O ineffabilis
virtus ⁊ ſapiētia patris. Et quo
niam nulla inuenio verba qui-
bus te ſufficienter valeam ex-
planare: cūcti potens ⁊ omniſci
um verbum. dicam interim qđ
valeo: donec iubeas me venire
ad te: vbi poſſim dicere quod
te decet: ⁊ me oportet. Et ideo
ſuppliciter rogo: vt non reſpici
as tm̄ ad id quod modo dico: ſꝫ
ad id quod dicere opto. Cupio
enim deſiderio magno: de te lo
qui quod oportet ⁊ decet: q: te
decet laus. te decet hymnus. ti-
biqꝫ debet omnis honor. Scio
ergo occultorum: cognitor de-
us: quoniam celo terra: ⁊ omni
bus que in ea ſunt: tu mihi acce
ptior. tu mihi amabilior es. dili
go enim te ſuper celum ⁊ terrā
⁊ cetera omnia que in eis ſunt.
imo amore nominis tui que trā
ſitoria ſunt: proculdubio aman-
da non ſunt. Amo te deus meꝰ
amore magno: magiſqꝫ te ama-
re cupio. Da mihi vt amem te
ſemper quantum volo: quantuꝫ
debeo: vt tu ſolus ſis tota inten
tio mea ⁊ omnis meditatio mea
Te mediter per dies ſine ceſſa
tione: te ſentiam per ſoporeꝫ in
nocte: te alloquatur ſpiritus me
us: tecum fabuletur mens mea.
Lumine ſancte viſionis illuſtre
tur cor meum: vt te rectore. te
duce: ambuleꝫ de virtute in vir
tutem. tandemqꝫ videam te de
um deorum in ſyon. nunc qui-
dem per ſpeculuꝫ in enigmate:
tunc autem facie ad faciem: vbi
cognoſcam te ſicut ⁊ cognitus
ſum. Beati mundo corde: quo
niam ipſi deum videbunt. Bea
ti qui habitant in domo tua do
mine: in ſecula ſeculorum lauda
bunt te. Rogo itaqꝫ te domi-
ne per omnes miſerationes tu-
as: quibus de morte eterna li-
berati ſumus. mollifica cor me-
um: durum ⁊ lapideum. ſaxeuꝫ
⁊ ferreuꝫ. tua ſacratiſſima ⁊ po
tenti vnctione: ⁊ fac me ꝑ igneꝫ
compunctionis coram te: omni
hora: hoſtiam viuam fieri. Fac
me in tuo conſpectu cor contri-
tum ⁊ humiliatum ſemper ha-
bere cum lachrymarum abun-
dantia. Fac me ex tuo deſiderio
huic mundo funditus extingui:
⁊ tranſeuntium rerum obliuiſci
pre magnitudine timoris ⁊ amo
ris tui: vſqꝫ adeo: vt de tempo
ralibꝰ nō lugeā nec gaudeā: nec

metuam aliquid temporale: nec
diligam: nec blādis corrumpar
nec aduerſis concutiar. Et qꝛ
tua valida eſt vt mors dilectio:
abſorbeat queſo mentem meaꝫ
ab omnibus que ſub celo ſunt:
ignita ⁊ mellifiua vis amoris
tui: vt tibi ſoli inhereā: ſolaqꝫ
tue ſuauitatis memoria paſcar:
deſcendat domine deſcendat ꝑ
cor: deſcendat in cor meuꝫ odor
tuus ſuauiſſimus: ingrediatur
amor tuus mellifluus. Ueniat
mihi tui ſaporis mira ⁊ inenar
rabilis fragantia. que ſempiter
nas in me ſuſcitet ꝯcupiſcēcias:
⁊ ex corde meo perducat venas
ſalientis aque in vitam eternā.
Immenſus es domine: ⁊ ideo
ſine mēſura debes amari: ⁊ lau
dari ab his quos tuo precioſo
ſanguine redemiſti. Amator ho
minum benigniſſime: clementiſ
ſime domine: ⁊ equiſſime iudex
cui omne iudicium dedit pater
ſapientiſſimo tue equitatis iudi
cio diſcernis hoc rectum ⁊ iu-
ſtum eſſe: vt filij hui⁹ ſeculi no
ctis ⁊ tenebrarum preſtantiori
deſiderio: virtute atqꝫ ſtudio: di
ligant ⁊ querant pituras diuiti
as: ⁊ fugitiuos honores: q̄ꝫ nos
ſerui tui diligamus te deum no
ſtrum per quem facti ⁊ redem
pti ſumus? Si enim homo ho-
minem tanta diligit dilectione:
vt alter alteruꝫ vix patiatur ab
eſſe: ſi ſponſa ſponſo: tanto con
glutinatur mentis ardore: vt ꝑ
magnitudine amoris: nulla per
frui valeat requie: chari ſui ab
ſentiaꝫ: non ſine magno merore
ferens: qua ergo dilectiōe: quo
ſtudio: quo feruore: anima quā
deſponſaſti tibi fide ⁊ miſera-
tionibus: debet diligere te verū
deum ⁊ pulcherrimuꝫ ſponſuꝫ:
qui nos ſic amaſti ⁊ ſaluaſti: qui
pro nobis tot: tanta ⁊ talia feci-
ſti? Quāqꝫ aūt hec infima ha-
beāt ſuas delectationes: ſuoſqꝫ
amores. non tamen tali modo
delectant ſicut tu deus noſter.
In te enim delectatus uſus: qꝛ
amor tuus ſuauis eſt: ⁊ quietus.
nam pectora que poſſides: dul
cedine ⁊ ſuauitate ⁊ tranquilita
te reples. Econtra amor ſeculi
⁊ carnis: anxius eſt ⁊ ꝑturbat⁹.
animas certe quas ingredit̄ qe
tas eſſe non patitur. Semꝑ.n.
ſuſpitionibus: ⁊ perturbationi-
bus: variiſqꝫ timoribus ſollici-
tat eas. Tu itaqꝫ es delectatio

rectorum.⁊ merito:quies.n.va
lida eſt apud te et imperturbabi-
lis vita. Qui intrat in te bone
dñe:intrat in gaudium dñi ſui:
et nõ timebit amplius:ſ3 habe-
bit ſe optime in optimo loco di
cens. Hec requies mea in ſecu
lum ſcli.hic habitabo qm̄ elegi
eã. Et illud. Dñs regit me et ni
hil mihi deerit:i loco paſcue ibi
me collocauit. Dulcis xp̄e: bõe
ieſu:reple ſemp̄ queſo:cor meũ
inextinguibili dilectione tua:cõ
tinua recordatiõe tua: adeo vt
ſicut flãma vrẽs:totus ardeam
in tui amoris dulcedine:quẽ et
aque multe in me nũq̄3 poſſint
extinguere. Fac me dulciſſime
dñe amare te: ⁊ deſiderio tuo
deponere põdus oium carna-
lium deſideriorum ⁊ terrenarum
ↄcupiſcentiarum grauiſſimã ſarci
nam:que ipugnant ⁊ aggrauãt
miſerã aiam meã:vt poſt te ex
peditus in odore vnguentorum
tuorum currẽs vſq3 ad tue pul-
chritudinis viſionẽ :efficaciter
ſatiãdus:q̃3totus: te quoq3 du
ce merear p̄uenire. Duo enim
amores:alter bonus: alter ma-
lus:alter dulcis:alter amarus:
nõ ſe ſimul in vno ſcupiũt pe-
ctore. Et ideo ſi qs p̄ter te aliud
diligit.nõ eſt charitas tua deus
in eo.amor dulcedinis ⁊ dulce
do amoris:amor nõ crucians ſ3
delectans:amor ſincere ⁊ caſte
p̄manẽs in ſeculu3 ſcli:amor q
ſemp̄ ardes ⁊ nũq̄3 extigueris
Dulcis xp̄e bone ieſu:charitas
deus me⁹:accẽde me totũ igne
tuo:amore tuo:ſuauitate ⁊ dul-
cedine tua:iocũditate ⁊ exulta-
tiõe tua.voluptate ⁊ ↄcupiſcen
tia tua.q̃ ſcã ẽ.⁊ bona.caſta ẽ.⁊
mũda.trãqlla ẽ ⁊ ſecura.vt tot⁹
dulcedine amoris tui plen⁹. to-
tus flãma charitatis tue ſuccen
ſus.diligã te deũ meu3 ex toto
corde meo.totiſq3 medullis p̄-
cordiũ meorum.hñs i te corde.in
ore.⁊ p̄ oculis meis ſp̄ ⁊ vbiq3
ita vt nullus pateat in me loc⁹
adulterinis amorib⁹. Audi de⁹
me⁹. Audi lumẽ oculorum meo-
rũ. Audi q̄ peto ⁊ da q̄ petam
vt audias. Pie ⁊ miſericordiſſi
me dñe:ne efficiaris mihi iexo
rabilis p̄pter pcã mea.ſ3 p̄pter
bonitate3 tuã:ſuſcipe p̄ces ſerui
tui:⁊ da mihi effectũ petitionis
mee ⁊ deſiderij mei: intercedẽ
te ⁊ orãte ⁊ ipetrãte glĩoſa vgi
ne genitrice tua Maria dña

mea: cum omnibus ſáctis tuis. Amen.

¶ Oratio deuotiſſima ad laudes habendas.

Capitulum. xxxv.

Chriſte domine verbũ patris: q veniſti in hunc mũdum pctõres ſaluos facere: rogo te p idulgẽtiſſima miſericordie tue viſcera: ẽmenda vitã meã. meliora act⁹: cõpone mores: tolle quod mihi nocet. ⁊ tibi diſplicз: ⁊ da qđ noſti tibi placere ⁊ mihi ꝓdeſſe. Quis põt facere mũdum de ĩmundo conceptũ ſemine: niſi tu ſolus? Tu es de⁹ ops infinite pietatis. qui iuſtificas ĩpios ⁊ viuificas mortuos ꝓpter pcm̃ qui mutas pcõres: ⁊ non ſunt. Tolle ergo de me qcquid tibi diſplicet in me. impfecta. n. mea plurima vident oculi tui. Mitte quẽſo manuз pietatis tue in me: ⁊ tolle de me qcquid offendit oculos pietatis tue in me. Corã te dñe eſt ſanitas: ⁊ infirmitas mea. Illa pcor ſerua: iſtã ſana. Sana me dñe ⁊ ſanabor: ſaluũ me fac ⁊ ſaluus ero: tu q infirma ſanas ⁊ ſanata ꝯſeruas tu qui ſolo nutu tuo reſtauras diruta ⁊ collapſa. Si. n. dignaris in agro tuo: corde meo: ſerere bonum ſemẽ: neceſſe eſt vt manu pietatis tue ſpinas prius euellas vicioꝝ meorũ. Dulciſſime. benigniſſime. amãtiſſime. charſſime. deſideratiſſime. amabiliſſime. pulcherrime. infũde obſecro multitudinẽ dulcedinis tue ⁊ charitatis tue pectori meo. vt nihil terrenum. nihil carnale deſiderẽ vel cogitez. ſз te ſolũ amẽ. te ſolũ habeam in corde ⁊ in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcez memoriã tui melliflui nõis: nulla vnqз obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei volũtatẽ tuã: ⁊ iuſtificatiões tuas: vt te imẽſe dulcedinis dñm: ⁊ pcepta tua ſemp ⁊ vbiqз habeam pͦ oculis meis. Succẽde mentẽ meã igne illo tuo. quem miſiſti in terrã ⁊ voluiſti vehemẽter accẽdi. vt ſacrificiũ ſpũs ꝯtribulati: ⁊ cordis ꝯtriti: abortis lachrymis quotidie offeraз tibi. Dulcis xpe: bone ieſu. ſicut deſidero. ſicut tota mente mea peto. da amorẽ tuũ ſanctũ ⁊ ca

ſtū.q me repleat teneat . totūqꝫ
poſſideat. Et da mihi euidens
ſignum amoꝛis tui. irriguū la-
chꝛymaꝝ fonte̅ iugiter emanā
te̅. vt ipe quoqꝫ lachꝛyme tuuꝫ
in me teſtent amoꝛe̅. ipe ꝓdāt.
ipe loquant: q̄ꝫtuꝫ te diligit aīa
mea: dū pꝛe nimia dulcedine a-
moꝛis tui: nequit ſe a lachꝛimis
ꝯtinere. Remiſcoꝛ pie dñe illi⁹
bone mulieris anne: que ad ta-
bernaculū rogatura ꝓ filio ve-
nit: de qua ſcriptura refert. qꝛ
vultus eius poſt lachꝛimas et
p̄ces nō ſūt amplius in diuerſa
mutati. Sed memoꝛ tāte virtutꝫ
tāteqꝫ ꝯſtantie: doloꝛe toꝛqueoꝛ
⁊ verecūdia ꝯfūdoꝛ: qꝛ me miſe
rū nimis deoꝛſuꝫ iacere itueoꝛ.
Si.n. ita fleuit ⁊ in fletu pſeue-
rauit mlier: q̄ q̄rebat filiū: qūo
plāgere ⁊ in plantu pſiſtere dꝫ
aīa mea q̄ q̄rit ⁊ amat deum: ⁊
ad eū puenire deſiderat? Qūo
gemere ac flere dꝫ talis aīa que
q̄rit deū die ac nocte: que p̄ter
xp̄m nil vult amare? Dix qꝛ
pe e̅: ſi iā nō facte ſunt ei lachꝛi
me ſue panes die ac nocte. Re
ſpice ergo ⁊ miſere mei: qꝛ do-
loꝛeſ coꝛdis mei multiplicati ſūt
Da mihi ꝯſolatione̅ tuā celeſte̅
⁊ noli ſpnere peccatrice̅ aiam ꝓ
qua moꝛtuus es. Da mihi que
ſo lachꝛimas ex toto affectu in
ternas: que peccatoꝝ meoꝛum poſ
ſint ſoluere vincula. ⁊ celeſti io
cūditate ſemꝑ repleāt animam
meā. Si nō cuꝫ veris ⁊ pfectis
monachis: quoꝝ veſtigia neq̄o
imitari: ſaltē cum deuotis mlie
ribus quātulācūqꝫ poꝛtione̅ in
regno tuo merear adipiſci. Ue
nit quoqꝫ mihi in mente̅ alteri
us mulieris deuotio mira: q̄ te
in ſepulchꝛo iacente̅ pio amoꝛe
q̄rebat: que recedentibus diſci
pulis de ſepulchꝛo non recede
bat: que ſedebat ibi triſtis: et
merens: ⁊ diu multumqꝫ flebat
⁊ ſurgens multis lachꝛymis: ite
rum iterumqꝫ antra deſerti ſe-
pulchꝛi vigilantibus oculis ex-
ploꝛabat: ſi foꝛte alicubi te vide
re poſſet: quem feruenti deſide
rio querebat. Jam certe ſemel
⁊ iterum ingreſſa ſepulchꝛuꝫ vi
derat: ſed nimium amanti non
ſatis erat: virtus eniꝫ boni ope
ris perſeuerantia eſt. Et qꝛ p̄ ce
teris dilexit: diligendo fleuit: ⁊
flendo q̄ſiuit: ⁊ querendo per-
ſeuerauit. iō p̄ma oīꝫ te inuenire:
te videre: te alloq meruit. Et nō

[S]olum hec:ſed etiam ipſis diſci-
pulis glorioſe reſurrectiōis tue
prenūcia extitit:te precipiente ⁊
clemēter monēte. Uade dic fra
tribus meis vt eant in galileaʒ
ibi me videbunt. Si ergo ita fle
uit ⁊ in fletu perſeuerauit mu-
lier que viuentem cum mortuis
querebat: que te manu fidei tan
gebat: quō plangere ⁊ ī planctu
perſiſtere debꝫ anima que te re
demptorem ſuum iam celo pre-
ſidentem ⁊ vbiqꝫ regnantē: cor
de creditore cōfitetur? Quō er
go gemere ⁊ flere dꝫ talis ani-
ma: que te toto corde diligit: te-
qꝫ toto deſiderio videre concu
piſcit? Solum confugium ⁊ vni
ca ſpes miſerorum: cui nūquaʒ
ſine ſpe miſericordie ſupplicaẗ:
preſta mihi hanc gratiam: pro-
pter te ⁊ ꝓpter nomen ſanctum
tuum: vt quotiens de te cogito:
de te loquor: de te ſcribo: de te le
go: de te confero: quotiēs tui re
miniſcor: tibi aſſiſto: laudes: pre
ces ⁊ ſacrificium offero: totiens
abortis lachrymis in conſpectu
tuo copioſe ⁊ dulciter fleaʒ: ita
vt efficiant mihi lachryme mee
panes die ac nocte. Tu quidem
rex glorie ⁊ omnium virtutum
magiſter: docuiſti nos verbo et
exemplo gemere ⁊ flere dicēs.
Beati qui lugent quoniam ipſi
conſolabūtur. Tu fleuiſti defun
ctum amicuʒ: ⁊ lachrymatus es
valde ſuper perituram ciuitatē.
Rogo te bone Jeſu ꝑ illas be-
nigniſſimas lachrymas tuas. et
ꝑ omnes miſerationes tuas qui
bus mirabiliter nobis perditis
ſubuenire dignatus es: da mi-
hi gratiam lachrymarum quaʒ
multum deſiderat: ⁊ appetit aīa
mea: qꝛ ſine dono tuo nō poſſuʒ
habere eam: ſed per ſpūm ſan-
ctum tuum: qui dura corda pec
catorum mollit ⁊ ad fletum cō-
pungit. Da mihi gratiaʒ lachry
marum ſicut dediſti patribꝰ no
ſtris: quoruʒ veſtigia debeo imi
tari: vt plangā me ī oī vita mea:
ſicut ipſi ſe planxerunt nocte ac
die. Propter merita ⁊ oratiōes
eorum: qui tibi placuerunt ⁊ de
uotiſſime ſeruierunt: miſerere
mei miſerrimi ⁊ indigni ſerui
tui: ⁊ da mihi gratiam lachry-
marum. Da mihi irriguum ſu-
perius ⁊ irriguum inferius: vt
ſint mihi lachryme mee panes
die ac nocte. efficiarqꝫ in cōſpe
ctu tuo deus meus: per ignem

compunctionis holocauſtū pin
gue ⁊ medullatum: macter tot⁹
in ara cordis mei: ⁊ tanq̄ȝ pin-
guiſſimū holocauſtum aſſumar
tibi i odorem ſuauitatis. Da mi
hi dulciſſime fontem irriguum:
fontéq̄ȝ perſpicuum: in quo la-
uetur aſſidue iſtud inquinatum
holocauſtum. Licet enim me to
tum tibi obtulerim opitulante
gratia tua: i multis tñ quottidie
offendo ꝓpter nimiam fragili-
tatem meaȝ. Da ergo mihi gra
tiā lachrymaꝝ benedicte ⁊ ama
bilis de⁹: precipue ex multa dul
cedine amoris tui ⁊ cōmemora
tione miſericordiaꝝ tuarū: pre-
para hanc menſam famulo tuo
in conſpectu tuo: ⁊ da mihi eaȝ
in poteſtatem vt quotiens volo
ſatier ex ea. Tribue pro pietate
⁊ bonitate tua vt iſte calix tuus
inebriās ⁊ preclarus ſatiet ſitim
meam: vt inhiet tibi ſpirit⁹ me⁹
⁊ ardeat mens mea in amore
tuo: oblitus vanitatis ⁊ miſerie.
Audi deus meus: audi lumen
oculorum meorū: audi que pe-
to: ⁊ da vt petam qđ audias.
Pie ⁊ exorabilis dñe: ne efficia
ris mihi inexorabilis ꝓpter pec
cata mea: ſed ꝓpter bonitatem
tuam ſuſcipe preces ſerui tui: et
da mihi effectum petitiōis mee
⁊ deſiderij mei: precibus ⁊ meri
tis glorioſe virginiſ Marie do
mine mee ⁊ omnium ſanctoruȝ.
Amen.

¶ In iſta oratiōe mens huma-
na copioſius compungitur ſi in
quiete dicatur. Cap. xxvj.

IEſu dñe:
Jeſu pie: Jeſu bo
ne: q mori digna-
tus es: ꝓpter pec
cata noſtra: ⁊ reſurrexiſti ꝓpter
iuſtificationem noſtrā: rogo te ꝑ
glorioſam reſurrectionem tuaȝ.
reſuſcita me de ſepulchro vicio
rum ⁊ peccatorum meoꝝ oīum
⁊ da mihi quottidie partem i re
ſurrectione prima vt in reſurre
ctione tua merear veraciter per
cipere portionem. Dulciſſime:
benigniſſime: amantiſſime: cha
riſſime: ꝑcioſiſſime: deſiderātiſ-
ſime: amabiliſſime: pulcherri-
me: aſcendiſti in celum cū trium
pho glorie tue: ⁊ ſedes ad dexte
ram patris rex potētiſſime: tra
he ſurſum ad te: vt curram poſt
te in odore vnguentorum tuorū
curram ⁊ non deficiam: te tra-

bente te ducente me currenteꝫ:
trahe os ſitiētis te aīe in ſuper
na fluenta eterne ſacietatis: im-
mo trahe me ad te fontem viuū
vt inde pro captu meo bibā vn
de ſemꝑ viuam: deus meus vi-
ta mea. Tu enim dixiſti ore tuo
ſancto ⁊ benedicto: ſi quis ſitit
veniat ad me ⁊ bibat. Fons vi-
te da ſitienti aīe ſemper bibere
ex te: vt ſm̄ ſanctam ⁊ veridicā
ꝓmiſſionē tuam de ventre meo
fluant aque viue. Fons vite re-
ple mentem meam torrente vo-
luptatis tue: ⁊ inebria cor meum
ſobria ebrietate amoris tui: vt
obliuiſcar que vana ſunt ⁊ ter-
rena: ⁊ te ſolum iugiter habeaꝫ
ī memoria mea ſicut ſcriptū eſt.
Memor fui dei ⁊ delectat⁹ ſuꝫ.
Da mihi ſpiritū ſanctum tuum
quē ſignificabāt ille aque: quas
ſitientibus daturum te promiſe
ras. Da queſo toto deſiderio ⁊
oī ſtudio tendere quo te aſcen-
diſſe poſt reſurrectionem die
quadrageſimo credimus: vt in
preſenti quidem miſeria ſolo te
near corpore: tecum aūt ſim co-
gitatione ſemper ⁊ auiditate: vt
ibi ſit cor meū: vbi tu es theſau
rus meus deſiderabilis ⁊ incō-
parabilis multumqꝫ amabilis.
In hoc enim magno huius vi-
te diluuio vbi circūſtantib⁹ agi
tamur ꝓcellis: ⁊ non inuenitur
fida ſtatio ⁊ locus eminentior:
vbi pes colūbe valeat aliquāte
nus requieſcere: nuſq̄ꝫ tuta pax
nuſq̄ꝫ ſecura quies: vbiqꝫ bella
⁊ lites: vbiqꝫ hoſtes: foris pu-
gne: intus timores. Et q꞉ altera
pars ſum⁹ celi: altera terre: cor-
pus qđ corrumpitur aggrauat
aīam. Idcirco animus meus ſo
cius ⁊ amicus meus fatigatus
de via veniens: languet ⁊ iacet
diſciſus atqꝫ laceratus ab his
quas pertranſierat vanitatibus
eſurit ⁊ ſitit valde: ⁊ non habeo
quid ponam ante illum: q꞉ pau-
per ſum ⁊ mendicus. Tu domi
ne deus meus diues oīum bo-
norum: ⁊ dapium ſuperne ſacie
tatis opulentiſſime largitor: da
laſſo cibum: collige diſperſum:
reintegra ſciſſum. En ſtat ad ho
ſtium ⁊ pulſat: obſecro ꝑ viſce-
ra miſericordie tue quibus viſi
taſti nos oriēs ex alto: aperi pul
ſanti miſero manuꝫ pietatis tue
⁊ iube propiciabili dignatione
vt ingrediatur ad te: requieſcat
in te: reficiatur de te vino cele-

ſtiq; panē: quo ſatiatus reſum-
ptiſq; viribus ad ſuperiora con
ſcendat: ⁊ de hac valle lachry-
marum penna ſancti deſiderij
raptus ad celeſtia regna voli-
tet. Aſſumat domine: aſſumat
rogo ſpiritus meus pennas vt
aquile: ⁊ volitet ⁊ non deficiat:
volet ⁊ perueniat vſq; ad deco
rem domus tue: ⁊ locum habi-
tationis glorie tue: vt ibi ſup mē
ſam refectionis ciuiu; ſuperno
rum paſcatur de occultis tuis i
loco paſcue tue iuxta fluēta ple-
niſſima: requieſcat in te de⁹ me⁹
cor meum: cor mare magnu; tu
mens fluctibus. Tu qui impera
ſti ventis ⁊ mari: ⁊ facta eſt trā-
quillitas magna: veni ⁊ grade-
re ſuper fluctus cordis mei: vt
tranquilla ⁊ ſerena fiant omnia
mea: quatenus vnu; bonū meū
amplectar te: ⁊ dulce lumē ocu
lorum meorum contempler te:
ſine tumultuantium cogitationū
ceca caligine. Confugiat domi-
ne mens mea ſub vmbra alaru;
tuarum ab eſtibus cogitationu;
huius ſeculi: vt in tui refrigerij
temperamento abſconſa: letabū
da cātet ⁊ dicat. In pace in id-
ipſum: dormiam ⁊ requieſcam.
Dormiat obſecro dn̄e de⁹ me⁹:
dormiat memoria mea ab oib⁹
malis: iniquitatem odiat: iuſtici-
am diligat. Quid eni; pulchri⁹:
quidue dulcius: q̄; inter tene-
bras huius vite: multaſq; ama-
ritudines: diuine dulcedini inhia
re: ⁊ eterne beatitudini ſuſpira-
re illic teneri mēte: vbi vera ha
bere gaudia certiſſimum eſt?
Dulciſſime: amantiſſime: beni-
gniſſime: chariſſime: precioſiſſi
me: deſiderantiſſime: amabiliſſi
me: pulcherrime: quando te vi-
debo? quando apparebo ante
faciem tuam? quando ſatiabor
de pulchritudine tua? quando
educes me de hoc carcere tene
broſo: vt confitear nomini tuo:
ita vt deinceps nō compūgar?
Quando tranſibo in illam ad-
mirabilem ⁊ pulcherrimam do
mum tua;: vbi perſonat vox le
ticie ⁊ exultationis in taberna-
culis iuſtorum? Beati qui habi
tant in domo tua domine: in ſe-
cula ſeculorū laudabūt te. Bea
ti: ⁊ vere beati: quos elegiſti et
aſſumpſiſti in illam celeſtem
hereditatem. Ecce ſancti tui

dñe floret ante te ſicut liliũ. Re
plentur enim ab vbertate do-
mus tue: ⁊ torrente voluptatis
tue potas eos: quoniã tu es fons
vite: ⁊ in lumine tuo vident lu-
men: vſq; adeo vt ipſi videlʒ lu
men illuminatum per te deuʒ il
luminantem: ſicut ſol effulgeant
in conſpectu tuo. O q̃ʒ mira: q̃ʒ
pulchra: q̃ʒ acceptabilia ſunt do
mus tue habitacula dñe virtu-
tum: ↄcupiſcit intrare in ea pec
catrix aĩa mea. Dñe dilexi deco
rem domus tue: ⁊ locum habi-
tationis glorie tue. Unã petij a
domino: ⁊ hanc requiram: vt i-
habitem in domo domini oĩb⁹
diebus vite mee. Queadmodũ
ceru⁹ deſiderat ad fontes aqua
rũʒ: ita deſiderat anima mea ad
te deus: quãdo veniam ⁊ appa
rebo ante facieʒ tuã: quando vi
debo deum meũ quem ſitit aĩa
mea? quãdo videbo eum in ter
ra viuentium? In iſta enim ter-
ra morientium videri non po-
teſt mortalibus oculis. Quid fa
ciam miſer ego grauedine com
pedis mortalitatis mee conſtri-
ctus? quid faciam? Dum ſumus
ĩ corpore peregrinamur ad deũ
Non habemus hic manentem
ciuitatem: ſed futuram inquiri-
mus. Noſter autem municipa-
tus in celis eſt. Heu mihi: quia
incolatus meus prolongatus ẽ:
habitaui cum habitantibus ce-
dar: multum incola fuit anima
mea. Quis dabit mihi pennas
ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ reqe
ſcam? Nihil mihi tam dulce q̃ʒ
cum domino meo eſſe. Mihi
autem adherere deo bonuʒ eſt.
Da mihi domine donec his fra
gilibus aſſiſto mẽbris tibi adhe
rere: ſicut ſcriptuʒ eſt. Qui ad-
heret domino vnus ſpiritus eſt
cum eo. Prebe mihi rogo con
templationis pennas: quib⁹ idu
tus ad te volitem ſurſum. Et q:
omne ſiniſtrum deorſum iacet:
tene mentem meam ne ad ima
tenebroſe vallis corruat: ne iter
ueniente vmbra terre a te vero
iuſticie ſole ſeparetur: ⁊ obdu-
cta tenebris nebule ꝓhibeatur
alta reſpicere. Idcirco ſurſuʒ tẽ
do ad pacis gaudia: luciſq; dele
ctabilem ⁊ ſereniſſimum ſtatũ.
Tene cor meum manu tua: q̃a
ſine te ad altiora non rapitur. Il
luc feſtino vbi ſumma pax re-
gnat: ⁊ iugis tranqllitas rutilat.
Tene ⁊ rege ſpiritũ meũ: ⁊ aſſu

me illum ſm voluntatē tuã: vt
te duce aſcendat in illam regio-
nem vbertatis: vbi paſcis iſrael
in eternū pabulo veritatis: vt ibi
vel rapida cogitatione attingat
te ſummã ſapientiam: ſuper oia
manentem: cuncta tranſeuntē: ⁊
omnia gubernantem. Sed voli
tanti ad te aie multa ſunt q̄ ob-
ſtrepunt. Juſſu tuo domine cō-
ticeſcant mihi oia. Ipſa ſibi aīa
mea ſileat: oia pertranſeat: om-
nia que creata ſunt tranſcendat
a ſe: ⁊ perueniat ad te: atqȝ in te ſo
lo creatore oium: oculos fidei fi
gat: tibi inhiet: tibi intendat: te
meditetur: te contempletur: te ſi
bi ante oculos ponat: te ſub cor
de reuoluat verum ⁊ ſummum
bonum: ⁊ gaudiū ſine fine man
ſurum. Multe deniqȝ ſunt con
templationes: quibus aīa deuo
ta tibi mirabiliter paſcitur: ſed
in nulla earum ita delectatur et
requieſcit anima mea ſicut in te
⁊ quando te ſolū cogitat ⁊ con
templatur. Quã magna multi-
tudo dulcedinis tue domine? q̃ȝ
mirabiliter inſpiras cordibus
amatorum tuorum? q̃ȝ mira ſua
uitas amoris tui: quo perfruun-
tur illi qui nihil preter te diligūt
nihil queſiuit: nihil etiam cogi-
tare cōcupiſcūt. Felices illi qui-
bus tu ſolus ſpes es: ⁊ oē opus
eorum orō. Beatus qui ſedet
ſolitarius ⁊ tacet: ⁊ ſtat ſup cu-
ſtodiam ſuam iugiter die ac no-
cte: vt adhuc in hoc fragili cor-
puſculo poſitus: prelibare vale
at aliquatenus dulcedinē tuam.
Rogo te per illa ſalutifera vul
nera tua que paſſus es in cruce
pro ſalute noſtra: e quibus ema
nauit ille p̄cioſus ſanguis quo
ſumus redempti: vulnera hanc
aiam meā peccatricem: ꝓ qua
etiam mori dignatus es: vulne-
ra eam igneo ⁊ potentiſſimo te
lo tue nimie charitatis. Viuus
eſt enim ſermo dei ⁊ efficax: et
penetrabilior omni gladio anci
piti. Tu ſagitta electa ⁊ gladius
acutiſſimus qui durum ſcutum
humani cordis penetrare tua po
tentia vales: confige cor meū ia
culo tui amoris: vt dicat tibi aīa
mea: charitate tua vulnerata ſū
ita vt ex ipſo vulnere amoris tui
vberrime fluant lachryme die
ac nocte. Percute domine percu
te obſecro hāc duriſſimā mentē
meā pia ⁊ valida cuſpide dile-
ctionis tue: ⁊ altius ad intima pe

metra potenti virtute. Et ſic de
capite meo educ aquá immen-
ſam: ⁊ de oculis meis verū ſon
tem lachrimaꝝ iugiter manen-
té: ex nimio affectu ⁊ deſiderio
viſionis pulchritudinis tue: vt
lugeam die ac nocte: nullá in pre
ſenti vita recipiēs ꝯſolationem:
donec te in celeſti thalamo me-
rear videre dilectū ⁊ pulcherri
mū ſponſum meum: deū ⁊ dn̄m
meū: vt ibi videns glorioſaꝫ ad
mirabilem ⁊ pulcherrimá facié
tuam omni dulcedine plenam:
cum his quos elegiſti: maieſta-
tem tuam ſupplex adorem: ⁊ il-
lic tandem celeſti ⁊ ineffabili re
pletus iubilo eterne exultatiōis:
exclamé cum diligentibus te di
cens. Ecce quod concupiui iam
video: quod ſperaui iam teneo:
quod deſideraui iam habeo. Il
li náqꝫ in celis iunctus ſum: qué
in terris poſitus tota virtute di
lexi: tota charitate amplexus ſū
cui toto amore inheſi: ipſum lau
do: benedico: atqꝫ adoro: qui vi
uit ⁊ regnat deus in ſecula ſecu
lorum amen.

¶ Oro i tribulatiōe. C.xxxvij.

m Iſerere do
mine: miſerere pie: miſerere mi
hi miſerrimo peccatori: indigna
agenti ⁊ digna patienti: aſſidue
peccāti: ⁊ tua flagella quotidie
ſuſtinenti. Si penſo malū quoti
die quod feci: non eſt tantuꝫ qđ
patior: grauius eſt qđ cómiſi: le-
uius eſt qđ tolero. Juſtus es do
mine ⁊ rectū iudicium tuū: oīa
iudicia tua iuſta ſunt ⁊ vera: iu
ſtus ⁊ rectus tu es dn̄e deus no
ſter: ⁊ nō eſt vlla iniquitas i te.
Non enim iniuſte neqꝫ crudeli
ter affligis nos peccatores oīpo
tens ⁊ miſericors dn̄e: q̄ cuꝫ nō
eſſemus potenter feciſti nos: et
cum prediti fuiſſemus culpa no
ſtra: pietate ⁊ bonitate tua mira
biliter reparaſti nos. Scio et
certus ſum q̄ vita noſtra non te
merarijs motibus agitur: ſed a
te dn̄o deo noſtro diſponitur et
gubernatur. Unde tibi cura eſt
de omnibus: precipue de ſeruis
tuis qui totam ſpé ſuam poſue
runt in ſola miſericordia tua. Ic
circo obſecro ⁊ ſuppliciter ro-
go: vt non facias mihi ſm̄ pec-
cata mea: quibus iram tuá me-
rui: ſed ſecundū magná miſeri-
cordiá tuá: que ſuperat etiá pec
cata totius mundi. Tu dn̄e qui

exteriꝰ flagella irrogas da ſem-
per interius indeficiétem patié-
tiam: ita vt laus tua nó recedat
de ore meo. Miſerere mei do
mine miſereř mei ꝛ adiuua me
ſicut tu noſti. ꝗ mihi neceſſe eſt
in corpore ꝛ in anima: ſcis oia:
potes omnia: qui viuis i ſecula.
¶ Oratio multũ deuota ad fi-
lium. Capitulum. xxxviij:

Domĩe ie
ſu xp̃e fili dei vi-
ui: qui expanſis i
cruce manibꝰ ꝓ-
pter mortalium oium redéptio
nem hauſiſti calicem paſſionis:
mihi hodie ꝓbere digneris au-
xiliũ. Ecce pauper venio ad te
diuité: miſer ad miſericordé: ne
recedam vacuus vel conteptus
eſuriés incipio: ne deſinã de te
ieiunus: famelicꝰ accedo: ne re-
cedã impaſtus. Et ſi anteq̃ co
medam ſuſpiro: da vel poſt ſu-
ſpiria vt comedã. In ꝑntis dul
ciſſime Jeſu coram magnificen
tia tue ſuauitatis cófiteor: aduer
ſum me iniuſticiam meam. Ec-
ce dñe q: in peccatis fui conce-
ptus ꝛ natus: ꝛ tu me abluiſti ꝛ
ſáctificaſti: ꝛ ego poſtea me ma

ioribus ſordidaui peccatis. Fui
enim in neceſſarijs natus po-
ſtea in ſpontaneis volutatus: ſꝫ
tue dñe miſeratiõis non imme
mor: tuliſti me de domo patris
mei carnalis: ꝛ de tabernaculis
peccatorum: ꝛ inſpiraſti mihi vt
ſequerer te cũ generatione que
rentium faciem tuã ambulantiũ
ſemitam rectam: cómorantiũ in
ter lilia caſtitatis: ꝛ tecum diſcũ
bentium in cenaculo altiſſime
paupertatis. Et ego tot beneficio
rum ingratus: poſt religiõis in
greſſũ multa cómiſi illicita: mul
ta ꝑpetraui nefanda: ꝛ vbi pec-
cata emédare debui: peccata pec
catis addidi. Hec ſũt mala mea
dñe qbus exhonoraui te: ꝛ ma-
culaui me: qué ad imaginẽ ꝛ ſi
militudiné tuã creaſti: ſuperbia:
vanigloria: ꝛ cetera multa alia
mala: qbus vexat ꝛ affligit: la
cerat ꝛ deſtruit infelix aia mea.
Ecce domine iniquitates mee
ſupergreſſe ſunt caput meum:
ꝛ ſicut onus graue grauate ſunt
ſuper me: ꝛ niſi tu cui propri-
um eſt miſereri ſemper ꝛ par-
cere dextram tue maieſtatis ſup
ponas: mergi cogor miſerabi-
liter in profundum. Attende

domine deus ꝛ vide qm̄ ſanctꝰ
ꝛ ecce inſultat aduerſuꝫ me ini
micus meus dicens. deus dere
liquit eum: perſequar ꝛ com
prehendam euꝫ: qꝛ non eſt qui
eripiat. Et tu domie vſqꝫquo?
conuertere ꝛ eripe animā me
am: ſaluum me fac propter mi
ſericordiam tuam: miſerere fi
lio tuo quem in dolore nō mo
dico peperiſti: ꝛ noli attendere
malum meum vt obliuiſcaris
bonum tuuꝫ. Quis eſt pater q
filium non liberet? aut quis fili
us quem pater pietatis: baccu
lo non corripiat? Ergo pater ꝛ
domine lꝫ peccator ſim nō poſ
ſum non eſſe filius tuus: quia tu
me feciſti ꝛ refeciſti: ſicut pecca
ui emenda me. ꝛ prius flagello
emendatum: trade me filio tuo.
Nunquid obliuiſci poteſt ma
ter infantem vteri ſui? Et certe
ſi illa oblita fuerit: tu pater pro
miſiſti te non obliuiſci. Ecce cla
mo ꝛ non exaudis me. dolore
crucior ꝛ non conſolaris me.
Quid dicam vel quid faciā mi
ſerrimus? Ego tanto deſtitutus
ſolatio proiectus ſuꝫ a facie ocu
lorum tuorꝫ. Heu me de quāto
bono inquantum malum ceci
di: quo tendebam: ꝛ quo deue
ni? vbi ſum: ꝛ vbi non ſum? ad
quem aſpiraui: ꝛ nunc in q̄bus
ſuſpiro? Queſiui bona: ꝛ ecce
turbatio. Ecce iam morior: ꝛ ie
ſus non ē mecū. Et ecce meliꝰ ē
mihi non eſſe qꝫ ſine ieſu eſſe.
Melius eſt non viuere qꝫ vi
uere ſine vita. Et tu domine ie
ſu vbi ſunt miſericordie tue an
tique? nunquid iraſceris mihi i
finem? Placare obſecro: ꝛ mi
ſerere mei: ꝛ non auertas facie
tuam a me: qui pro me redimē
do non auertiſti faciem tuaꝫ ab
increpātibus ꝛ conſpuentibꝰ in
te. Fateor qꝛ peccaui: ꝛ conſcié
tia mea meretur damnationeꝫ:
ꝛ penitentia non ſufficit ad ſa
tiſfactionem: ſꝫ certum eſt qꝛ mi
ſericordia tua ſuperat omnem
offenſionem. Noli queſo piiſſi
me domine ſcribere aduerſum
me amaritudines meas: vt in
tres in iudicium cum ſeruo tuo
ſꝫ ſm̄ multitudinem miſeratio
num tuarum dele iniquitatem
meam. Ve mihi miſero cuꝫ ve
nerit dies iudicij: ꝛ aperti fue
rint libri conſciaruꝫ: cum dicet
de me. Ecce homo ꝛ opera eiꝰ
Quid faciaꝫ tunc domine deꝰ

meus: cum

meus: cum celi reuelabunt iniq tatem meam: ꝛ aduerſum me terra conſurget? Ecce nihil re-ſpondere potero: ſed demiſſo capite pre confuſione coram te ſtabo trepidus: ꝛ cōfuſus. Heu me miſerum quid dicaꝫ? clama bo ad te domine deꝰ meꝰ. Qua re tacens cōſumor? Verūtamē ſi locutus fuero nō quieſcet do-lor meus: ꝛ ſi tacuero amariſſi ma amaritudine crucior interiꝰ Plāge anima mea ſicut vidua ſuper viruꝫ pubertatis tue. vlu la miſera ꝛ plora qm̄ dimiſit te ſponſus tuus. i. xp̄s. Ita omni-potentis ne irruas ſuper me: q: nunq̄ꝫ capi poſſes in me. Cer-te eſt in toto me: quod poſſet to lerare te. Miſerere ne deſpe-rem: ſed ſperando reſpirem. Et ſi ego cōmiſi: vnde me damna-re potes: tu non amiſiſti: vnde ſaluare ſoles. Tu domine non vis mortem peccatorum: nec le taris in perditione morientiuꝫ: imo vt mortui viuerent tu mor tuus es: ꝛ mors tua peccatoruꝫ mortem occidit. Et ſi ipſi te mo riente vixerunt: obſecro domi-ne vt ego te viuente non mori-ar. Mitte manum tuam de al-to: ꝛ libera me de manu inimi-corum meorum: ne ſupergaude ant mihi ꝛ dicant: deuorabimꝰ eum. Quis vnq̄ꝫ bone ieſu de tua miſericordia diffidat: qui cū inimici tui eſſemꝰ redemiſti nos in ſanguine tuo ꝛ reconciliaſti nos deo? Ecce ſub tue miſeri-cordie vmbra protectus ad thro num glorie veniam poſtulans: curro clamans ꝛ pulſans donec miſerearis mihi. Si eni ad veniam nos vocaſti veniā non querentes: quanto magis veni am impetrabimus poſtulātes? Ne memineris dulciſſime ieſu tue iuſtitie aduerſus peccatorē tuum: ſed eſto memor benigni-tatis tue aduerſus creaturaꝫ tu am. Ne memineris ire aduer-ſus reum: ſed memor eſto miſe rationis tue aduerſus miſeruꝫ. Obliuiſcere ſuperbum prouo-cantem: ꝛ reſpice miſerum inuo cantem. Quid eni eſt ieſus niſi ſaluator? Ergo ieſu per temetip ſum exurge in adiutorium mi-hi: ꝛ dic anime mee ſalus tua ſuꝫ. Multum dn̄e de tua bonitate preſumo: qm̄ tuipe doces pete-re: querere: ꝛ pulſare: ꝛ iō tua oratiōe admonitus peto q̄ro ꝛ

pulſo. Et tu domine qui iubes
petere: fac accipere: conſulis:
querere da ⁊ inuenire: doces
pulſare aperi pulſanti: ⁊ confir
ma me infirmum. reſtaura me
perditum. ſuſcita me mortuum.
⁊ omnes ſenſus meos. cogita-
⁊ actus dirigere ⁊ gubernare
digneris in beneplacito tuo. vt
de cetero tibi ſeruiam tibi vi-
uam tibiqʒ me tradaʒ. Scio do
mine mi quia ex hoc quod me
feciſti: debeo tibi me ipſum. et
quia redemiſti. ⁊ pro me ho-
mo factus es. debereʒ tibi pluſ
q̄ʒ me ſi haberem. quāto tu ma
ior es pro quo dediſti teipſum.
Ecce nec plus habeo: nec quod
habeo dare tibi poſſum ſine te
ſed accipe me tu: ⁊ trahe me ad
te. vt tuus ſim imitatione ⁊ di-
lectione, ſicut tuus ſum condi-
tione ⁊ creatione. Qui viuis ⁊
regnas in ſecula.

¶ Oratio vtilis. Cap. xxix.

Domine
deus omnipo-
tens: qui es tri-
nus ⁊ vnus: qui
es ſemper in omnibus: ⁊ eras
ante omnia. ⁊ eris ſemper: in
omnibus deus benedictus ī
ſecula: tibi commendo hodie ⁊
omni tempore animam meam:
corpus meum: viſum: auditum:
guſtum: odoratum: ⁊ tactum.
omnes cogitationes meas: affe
ctiones: locutiones: actiones:
omnia exteriora ⁊ interiora: ſen
ſum ⁊ intellectum: memoriam
meam: fidem ⁊ credulitateʒ me
am: ⁊ perſeuerantiam meam: in
manus potentie tue: vt cuſtodi
as ea diebus ⁊ noctibus: horis
atqʒ momentis. Exaudi me tri
nitas ſancta: ⁊ conſerua me ab
omni malo: ab omni ſcandalo:
⁊ ab omni mortali peccato: ab
omnibus inſidijs ⁊ infeſtatio-
nibus demonum: ⁊ inimicorum
viſibilium ⁊ inuiſibilium: per
orationes patriarcharum: per
merita prophetarum: per ſuf-
fragia apoſtolorum: per conſtā
tiam martyrum: per fidem con
feſſorum: per caſtitatem virgi-
num: ⁊ per interceſſionem om
nium ſanctoruʒ qui tibi placue
runt ab initio mundi. Expelle a
me iactantiam mentis: ⁊ auge
compunctionem cordis: minue
ſuperbiam meam: ⁊ perfice in
me humilitatem veram: ſuſcita

in me fletum: mollifica cor me-
um durum ⁊ lapideum: libera
me domine ⁊ animam meam ab
omnibus inſidijs inimici: ⁊ cõ
ſerua me in tua voluntate. Do
ce me dñe voluntatem tuam fa
cere: q: deus meꝰ es tu. Da mi
hi domine ſenſuz perfectum ⁊
intellectum vt ſuſcipere valeaz
profundam benignitatem tuaz.
Illud da mihi petere qd te au-
dire delectet ⁊ mihi expediat.
Da mihi lachrymas ex toto af
fectu que peccatorum meorum
poſſint diſſoluere vincula. Au
di dñs meus ⁊ deus meus. Au
di lumen oculorum meoꝝ. Au-
di que peto: ⁊ da: vt quod peto
exaudias. Si deſpicis pereo: ſi
reſpicis viuo. Si iuſtitiam meã
requiris mortuus feteo: ſi eum
miſericordia reſpexeris feten-
tez reſuſcitas de ſepulchro. Quod
odis in me longe fac a me: ⁊ ca
ſtitatis ac continentie ſpiritum
inſere in me: vt quodcunqꝫ pe-
tiero in ipſa petitione te non of
fendam. Tolle a me quod no-
cet: ⁊ prebe quod iuuet. Preſta
mihi domine medicinam: vnde
mea poſſint curari vulnera. Da
mihi domine timorem tuũ: cor

dis compunctionez: mentis hu
militatem: ⁊ conſcientiam pu-
ram. Preſta mihi domine vt
firmam ſemper tenere valeam
charitatem: ⁊ mala mea non ob
liuiſcar: aliena non requiram.
Parce anime mee: parce ma-
lis meis: parce peccatis meis:
parce criminibus meis. Viſi-
ta me infirmum: cura me egruz
ſana me languentem: ⁊ ſuſcita
me mortuum. Da mihi domi-
ne cor quod te timeat: mentem
que te diligat: ſenſum qui te in-
telligat: aures que te audiant:
oculos qui te videant. Miſere
re mei deus miſere mei: ⁊ reſpi
ce me de ſede ſancta maieſtatis
tue ⁊ tenebras cordis mei ra-
dio ſplendoris tui illumina.
Da mihi domine diſcretionez
diſcernendi inter bonum ⁊ ma
lum: ⁊ concede vt ſenſum habe
am peruigilem. Peto a te do-
mine remiſſionem omniuz pec
catorum meorum: per quaz mi
hi fiat ꝓpitiatio in tempore ne
ceſſitatis ⁊ anguſtie mee. San-
cta ⁊ immaculata virgo dei
genitrix Maria ⁊ mater do-
mini noſtri ieſu xpi interuenire
pro me digneris apud illũ cuiꝰ

meruiſti effici templum. San-
cte michael: ſancte gabriel: ſācte
raphael. Sancti chori angeloꝝ
atqꝫ archangeloꝝ: patriarcha
rum atqꝫ prophetarum: apoſto
lorum: euangeliſtarum: martyꝝ
confeſſorum: ſacerdotium: leui-
tarum: monachorum: virginū:
omniūqꝫ iuſtorum: per illum q
vos elegit: ⁊ de cuius contem-
platione gaudetis: vos rogare
preſumo: vt pro me culpabili ip
ſi deo ſupplicare dignemini q̄te
nus de faucibus diaboli: ⁊ de
morte perpetua merear libera
ri. Largiri mihi digneris domi
ne perpetuam vitam ſm̄ clemē
tiam ac benigniſſimam miſeri
cordiam tuā. Da domine ieſu
xp̄e ſacerdotibus concordiam:
regibus ⁊ principibus iuſte iu
dicantibus tranquillitatē ⁊ pa
cem. Oro domine pro vniuer-
ſa ſancta eccl̄ia catholica: pro vi
ris ⁊ feminis: p religioſis ⁊ ſe
cularibus: pro omnibus rectori
bus xp̄ianorum: cunctiſqꝫ in te
credentibus: qui pro amore tuo
ſancto laborant: vt perſeueran
tiā boni operis obtineāt. Pre
ſta domine rex eterne virgini-
bus caſtitatem: deo dicatis con
tinentiam: coniugatis ſanctimo
niam: penitentibus indulgentiā
viduis: ⁊ orphanis ſuſtentatio-
nem: pauperibus protectionē:
peregrinantibus reditum: lugē
tibus conſolationem: defunctis
fidelibus requiem ſempiternā:
nauigantibus in portum venire
ſalutis: optimis vt in bonitate
ſemper conſiſtant: bonis ⁊ me-
diocribus vt meliores fiant: pra
ue agentibus ⁊ delinquentibus
vt ego miſer ſum vt cito ſe cor-
rigant. O dulciſſime ⁊ miſeri-
cordiſſime domine ieſu xp̄e fili
dei viui redemptor mundi iter
omnes ⁊ opera omnia me miſe
rum peccatorem confiteor: ſꝫ tu
clementiſſime pater ⁊ ſūme: q
oium miſereris: nō me patiaris
a tua miſericordia fieri alienum.
Et tu domine rex regum q idu
cias viuendi preſtas: corrigēdi
mihi deuotionem tribue: excita
in me mentem que te requirat:
te deſideret: ⁊ te qui es vbiqꝫ
totus trinus ⁊ vnus ſemper p
omnibus amet te timeat: tuāqꝫ
voluntatē faciat. Precipue er
go dn̄e ſancte pater deprecor: q
es benedictus ⁊ glorioſus per
omnia ſecula: vt omnes q̄ mei

memoriam faciunt in ſuis ora-
tionibus: & qui indignis oratio
bus meis ſe cõmendauerunt: &
qui mihi aliquod charitatꝭ offi
cium & pietatis ſtudiũ impēde
runt: ſeu & illos qui conſangui-
tate ac cognationis affectu ſũt
mihi propinqui: tam & illos qui
nunc conſiſtunt in corpore q̃3 &
illos qui tegũtur funere miſeri-
corditer gubernare digneriſ ne
peant. Omnibus ēt xp̄ianis vi
uis: adiutorium preſtare digne-
ris: & defunctis fidelibus abſo-
lutionem & requiem ſempiter-
nam per eterna ſecula. Necnõ
& illud magnopere ſupplico do
mine: qui es alpha & o: vt cum
extrema dies mea finiſq3 vite
mee aduenerit: tu mihi ſis miſeri-
cors iudex ꝯtra malignu3 accu
ſatorem diabolum: & ſis mihi
perpetuus defenſor aduerſus in
ſidias hoſtis antiqui: & in ſocie
tatem angelorum omniũq3 ſan
ctorum in ſancto paradiſo tuo
me perſeuerare facias: qui es
benedictus in ſecula ſeculoru3.

¶ Oratio deuota de recorda-
tione paſſionis chriſti.

Capitulum. xxx.

Domine ieſu chriſte re-
demptio mea: mi-
ſericordia mea:
ſalus mea: te laudo: tibi gratias
ago: q̃uis valde impares tuis
beneficijs: q̃uis multum exper
tes deuotionis: q̃uis macras
a deſiderata pinguedine dulciſ
ſimi tui affectus: tamen qualeſ-
cunq3 gratias: non equales ſcio
me debere: ſed ſicut poteſt co-
nari tibi perſoluit anima mea.
Spes cordis mei: virtuſ anime
mee: compleat tua potentiſſi-
ma dignitas quod conatur mea
tepidiſſima imbecillitas: vita
mea: tu finis intentionis mee.
Et ſi nondũ merui tantum quã
tum debitor ſum amare: vtiq3
ſaltem deſidero te amare quan
tum debeo. Illuminatio mea tu
vides conſcientiam meam: q2
domine ante te eſt omne deſi-
derium meum: & tu donas ſi
quid bene vult conſcientia mea
Si bonum eſt domine quod in
ſpiras: immo quia bonu3 eſt vt
te velim amare: da quod me fa
cis velle. Da vt quantu3 iubes
tantum te merear amare. lau-

deõs ⁊ gratias offero ne ſit mi-
hi donum tuum infructuoſum:
quod tua ſpontanea dediſti vo-
luntate:perfice quod incepiſti:
⁊ dona quod me benigne pre-
ueniendo immeritum deſidera
re feciſti. Conuerte benigniſſi-
me meum torporem in feruen-
tiſſimum tui amorem. Ad hoc
clementiſſime tendit hec oratio
mea:hec memoria ⁊ meditatio
beneficiorum tuorum:vt accen-
das in me tuum amorem. Tua
me domine bonitas creauit:tua
miſericordia creatum ab origi-
nali peccato mundauit.tua pati
entia poſt illam emundationem
baptiſmi in alijs peccatorum ſor
dibus inuolutum hactenus tol-
lerauit: nutriuit ⁊ expectauit.
Expectas tu bone domine cor-
rectionem:expectat anima mea
ad penitendum:ad bene viuen
dum tue gratie inſpirationem.
Deus meus:creator meus: to-
lerator ⁊ nutritor meus:te ſitio:
te eſurio:te deſidero:ad te ſuſ-
piro ⁊ concupiſco:⁊ ſicut pupil
lus benigniſſimi patris orba-
tus preſentia:flens ⁊ eiulans in
ceſſanter eius dilectam faciem
toto corde amplectitur: ſic ego
non quantum debeo:ſed quan-
tum queo memor paſſionis tue:
memor alaparum tuarum:me-
mor flagellorum:memor vulne
rum tuorum:memor qualiter ꝓ
me occiſus:qualiter conditus:
qualiter ſepult⁹: ſimilis memor
tue glorioſe reſurrectionis ⁊ ad
mirabilis aſcenſionis: Hec in-
dubitata fide teneo: exilij mei
erumnas defleo: ſpero tui ad-
uentus ſolam conſolationem:ar
denter deſidero tui vultus glīo
ſam contemplationem. Heu mi
hi q: videre non potui dominū
angelorum humiliatum ad con
uerſationem hominum:vt ho-
mines exaltaret ad conuerſatio
nem angelorum:cū deus offen
ſus moriebatur:vt peccator vi-
ueret. Heu ꝙ tam admirabili:
tam inextimabili pietati obſtu-
peſcere non merui. Cur o ani-
ma mea te preſertim non tranſ
figit gladius doloris acutiſſimi
cum ferre non poſſes vulnera-
ri lancea latus tui ſaluatoris:
cum videre nequires violari
clauis pedes ⁊ manus tui plaſ
matoris:cū horrore effundi ſan
guinem tui redemptoris? cur nō
es inebriata lachrimarum ama

ritudine cum ille potaretur a-
maritudine fellis? Cur non es
compaſſa chariſſime virgini:
digniſſime matri eius digniſſi-
me domine tue? Domina mea
miſericordiſſima quos fontes
dicam erupiſſe de eius pudiciſ-
ſimis oculis: cuꝫ attenderes vni-
cum filium tuum innocentem
coram te ligari: flagellari ⁊ ma-
ctari? Quos fletus credam per-
fudiſſe piiſſimum tuum vultū:
cum ſuſpicares eundem filium
tuum deum ⁊ dominum tuum
in cruce ſine culpa extēdi ⁊ car-
neꝫ de carne tua ab impiis cru-
deliter deſecari? Quibus ſin-
gultibus extimabo puriſſimum
pectus tuum vexatum eſſe cum
tu audires: Mulier ecce filius
tuus: ⁊ diſcipulus: ecce mater
tua? Cum acciperes diſcipuluꝫ
pro magiſtro: ſeruum pro do-
mino? Utinam cum felice Jo-
ſeph dominum meum de cru-
ce depoſuiſſem: aromatibus cō-
didiſſem. in ſepulchro collocaſ-
ſem: vt ſaltem proſecutus vel
conſecutus eſſem: vt tanto fu-
neri non defuiſſet aliquid mei
obſequij. Utinam cum beatis
mulieribus coruſca viſione an-
gelorum eſſem territus: ⁊ au-
diſſem nuncium dominice re-
ſurrectionis: nuncium mee cō-
ſolationis: nuncium tam ex pec-
tatum: nuncium tam deſidera-
tum. Utinam inqꝫ audiſſeꝫ ex
ore angeli. Nolite timere vos
ieſum queritis crucifixum: ſur-
rexit: non eſt hic. Benigniſſi-
me: ſuauiſſime: ſereniſſime quā-
do reſtaurabis mihi: quia non
vidi illam beate tue carnis in-
corruptionem? quia non fui de-
oſculatus loca vulnerum: fixu-
ram clauorum? quia non reſper-
ſi lachrimis gaudij cicatrices
corporis veri? Admirabilis: in-
eſtimabilis: incomparabilis quā-
do conſolaberis ⁊ compeſces
me a dolore meo? Non enim
capit in me dolor meus quādiu
peregrinus ſuꝫ a domino meo
Heu mihi domine heu anime
mee: receſiſti· conſolator anime
mee: nec vale dixiſti. Ingredi-
ens vias tuas benedixiſti tuis:
nec affui. Eleuatis manibus
a nube ſuſceptus es in celum:
nec vidi. Angeli promiſſe-
runt te rediturum: nec audiui.
Quid dicam? quid faciaꝫ? quo
vadam? Ubi eum queraꝫ? vel

quando inueniam? Quem ro-
gabo? Quis nunciabit dilecto:
quia amore langueo? Defecit
gaudium cordis mei. Verſus é
in luctum riſus meus: defecit ca
ro mea ⁊ cor meum: deus cor-
dis mei ⁊ pars mea deus i eter
num. Renuit conſolari anima
mea niſi de te dulcedo mea.
Quid enim mihi eſt in celo: ⁊ a
te quid volui ſuper terram? Te
volo: te ſpero: te quero: tibi di-
xit cor meum queſiui vultum tu
um: vultum tuum dñe requirã:
ne auertas faciem tuam a me.
Amator hominũ benigniſſime:
tibi derelictus é pauper: orpha
no tu eris adiutor. Mi aduoca
te tutiſſime: miſerere mei orpha
ni derelicti: pupillus factus ſum
abſqꝫ patre: aia mea quaſi vi-
dua. Reſpice orbitatis ⁊ vi-
duitatis mee lachrymas: quas
tibi offero donec redeas. Eya
iam domine eya. Appare mi
hi: ⁊ conſolatus ero. Exhibe
preſentiam tuam ⁊ conſecutus
ero deſiderium meum. Re-
uela gloriam tuam: ⁊ erit perfe
ctum gaudium meum. Sitiuit i
te aia mea: qꝫ multipliciter tibi
⁊ caro mea. Sitiuit anima mea
ad deum fontem viuũ: quando
veniam ⁊ apparebo ante facieꝫ
dñi? quando venies conſolator
meus? Quem expectabo? o ſi
quãdo videbo gaudium meum
qđ deſidero. O ſi ſatiabor cum
apparuerit gloria mea quã eſu-
rio. O ſi inebriabor ab vberta-
te domus tue: ad quam ſuſpiro.
Si potabis me torrẽte volupta
tis tue: queꝫ ſitio. Sint mihi do
mine interim lachryme mee: pa
nes die ac nocte: donec dicatur
mihi. Ecce deus tuus: donec au
diat anima mea. Ecce ſpõſus tu
us. Paſce interim me ſingulti-
bus meis: refocilla me dolori-
bus meis: veniet fortaſſe redem
ptor meus qꝛ bonus eſt: nec tar
dabit qꝛ pius eſt. Ipſi gloria in
ſecula ſeculorũ Amen.

¶ Finis meditationũ beati Au
guſtini epiſcopi Hypponen-
ſis.

Domine deꝰ om-
nipotens patruꝫ
noſtroruꝫ Abraã
yſaac ⁊ Jacob ⁊
ſemini eorum iu
ſto: qui feciſti celum ⁊ terrã: cuꝫ
omni ornatu eorum: qui ſignaſti
mare precepti tui verboqꝫ con-

Qausiſti abiſſum ⁊ ſignificaſti ter
ribili ⁊ laudabili nomini tuo qđ
omnes pauent ⁊ tremunt a vul
tu virtutis tue. Inſuſtentabilis
ira ſuper peccatores cōminatio
nis tue: qm̄ tu dominus altiſſi-
mus ſuper omnem terram lon-
ganimis ⁊ miſericors ⁊ patiēs
ſuper malitias hominuꝫ. Tu au
tem dn̄e ſm̄ bonitatem tuā pro
miſiſti penitentiam remiſſionis
peccatorum. Et tu dn̄e iuſtorum
non poſuiſti penitentiam iuſtis
Abraam yſaac ⁊ Jacob his qui
non peccauerunt. Qm̄ peccaui
ſuper numerum arene maris: ⁊
multiplicate ſunt iniqtates mee.
Incuruatus ſum multo vinculo
ferri: ⁊ non eſt reſpiratio mihi:
quia excitaui iracundiam tuam:
⁊ malum coram te feci: ſtatuens
abominationes: ⁊ multiplicans
offenſiones. Et nunc flecto ge-
nua cordis mei: precās ad te bo
nitatem: dn̄e peccaui: dn̄e pecca
ui: dn̄e peccaui: iniquitateꝫ meā
agnoſco: peto rogans te domi-
ne remitte mihi remitte mihi:
ne ſimul tradas me cum iniqui
tatibus meis: neqꝫ in eternū ſer
ues mala: q: indignum ſaluabis
me propter magnam miſericor
diam tuam. Et laudabo te ī om
nibus diebus vite mee: quoniā
te laudat omnis virtus celorum
ſemp: ⁊ tibi eſt gloria in ſecula ſe
culorum Amen.

Incipit liber Diui Auguſti
ni Hypponenſis epi: Solilogo
rum anime ad deum De ineffa
bili dulcedine dei.

Capitulum. j.

c Ogno
ſcam te domi
ne cognitor
meus cogno
ſcā te virtus
anime mee.
Oſtende te
mihi conſolator meus: videā te
lumen oculorum meorum. Ue-
ni gaudium ſpiritus mei: videā
te leticia cordis mei. Diligaꝫ te
vita anime mee. Appare mihi
delectatio mea magna: ſolatium
meum dulce: domine deus me-
us: vita mea ⁊ gloria tota anime
mee. Inueniam te deſideriū cor
dis mei: teneam te amor anime
mee. Amplectar te ſponſe cele-
ſtis. Exultatio mea ſumma itus

⁊ extra: poſſideam te beatitu-
do ſempiterna: poſſideam te in
medio cordis mei: vita beata:
dulcedo ſumma anime mee. Di
ligam te domine fortitudo mea
dominus firmamentum meum
⁊ refugium meum ⁊ liberator
meus. Amem te de⁹ meus adiu
tor meus: turris fortitudinis mi
hi: ⁊ ſpes mea dulcis in omni
tribulatione mea. Amplectar
te bonum ſine quo nihil bonuꝫ:
fruar te optime: ſine quo nihil
eſt optimum. Aperi penetralia
aurium mearum: verbum pene
trabilius omni gladio ancipiti:
vt audiam vocem tuam. Into-
na domine deſuper voce gran-
di ⁊ forti. Tonet mare ⁊ pleni-
tudo eius: cōmoueatur terra et
omnia que in eis ſunt. Illuſtra
oculos meos lux incomprehen
ſibilis: fulgura coruſcationem
⁊ diſſipa eos: vt non videant
vanitatem. Flumina multipli-
ca ⁊ conturba eos: vt appare-
ant fontes aquarum: et reuelen
tur fundamenta orbis terraruꝫ.
Tribue viſum lux inuiſibilis:
qui te videat. Crea nouum ol-
fatum odor vite: qui poſt te cur
rat in odorem vnguentorū tuo-
rum. Guſtum ſana qui ſapiat ⁊
cognoſcat ⁊ diſcernat q̄ꝫ ma-
gna multitudo dulcedinis tue
domine: quam abſcondiſti his
qui pleni ſunt charitatis tue.
Da cor' quod te cogitet: animū
qui te diligat: mentem qui te re
colat: intellectum qui te intelli-
gat: rationem que tibi ſemper
ſummo delectabili fortiter ad-
hereat. Te ſapienter amor ſa-
piens diligat. O vita cui om-
nia viuunt: vita que das mihi
vitaꝫ: vita que es mea vita: per
quam viuo: ſine qua morior: vi
ta per quam reſuſcitor: ſine qua
pereo: vita per quam gaudeo:
ſine qua tribulor: vita vitalis
dulcis ⁊ amabilis: ſemper me
moralis. Ubi queſo es: vbi te
inueniam vt in me deficiam et
in te ſubſiſtam? Prope eſto in
animo: prope in corde: prope in
ore: prope in auribus: prope in
auxilio: quia amore langueo:
quia ſine te morior: quia te re-
colens ſuſcitor. Odor tuus me
recreat: memoria tua me ſanat:
ſed ſatiabor cuꝫ apparuerit glo
ria tua: vita anime mee. Con-

cupiſcit ⁊ deficit anima mea de memoria tua quando veniam ⁊ apparebo tibi leticia mea? Quare faciem tuam auertis: gaudium meum per quod gaudeo? Ubi es abſconditus pulcher quem deſidero? Odorem tuum haurio: viuo ⁊ gaudeo. Te autem non video: vocem tuam audio ⁊ reuiuiſco. Sed cur faciem tuam abſcondis? forte dicis. Non videbit me homo ⁊ viuet. Eya domine moriar: vt te videam: videam hec vt moriar. Nolo viuere: volo mori: diſſolui cupio ⁊ eſſe cum chriſto. Mori deſidero vt videam chriſtum: viuere renuo: vt viuam cum chriſto. O domine Jeſu accipe ſpiritum meum: vita mea: ſuſcipe animam meam. Gaudium meum attrahe cor meum: dulcis cibus meus: comedam te. Caput meum dirige me. Lumen oculorum meorum illumina me: melos meus tempera me. Odor meus: viuifica me. Uerbum dei: recrea me. Laus mea: letifica animam ſerui tui. Intra in eam gaudium meum vt in te gaudeat. Intra in eam dulcedo ſumma vt dulcia ſapiat. Lumen eternum illuſtra ſuper eam: vt te intelligat cognoſcat ⁊ diligat. Ob hoc enim non te diligit domine: ſi non diligit: quia non te cognoſcit: et te ideo non cognoſcit: quia non intelligit. Et iccirco non intelligit: quia lumen tuum non comprehendit: ⁊ lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. O lux mentis: o lucens veritas: o vera claritas: que illuminas hominem venientem in hunc mundum. Uenientem quidem: ſed non diligentem: quia qui diligit mundum inimicus dei conſtituitur. Expelle tenebras deſuper faciem abyſſi mentis mee: vt videat te intelligendo: vt cognoſcat te comprehendendo: vt diligat te cognoſcendo. Quiſquis enim cognoſcit te diligit te: ſe obliuiſcitur: amat te plus quam ſe: relinquit ſe ⁊ venit ad te: vt gaudeat de te. Hinc eſt ergo domine quod non tantum diligo quantum debeo: quia nō plene

cognoſco te. Sed quia parum cognoſco parum diligo. Et qa parum diligo parum in te gaudeo. Sed a te vero gaudio interiora per exteriora recedens: dū te ſolo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quero. Et ſic miſer ego: cor meū quod tibi ſoli debui toto amore: totoq3 affectu impendere: vanis dedi: ꝛ ideo vanus effectus ſū3 dū vanitatem dilexi. Hinc etia3 eſt domine q in te non gaudeo: et tibi non adhereo: quia ego i exterioribus: tu in interioribus: ego in temporalibus. tu in ſpiritualibus: ego in tranſitorys animo diffundor: cogitatione verſor: locutione implicor: ꝛ tu domine i eternis habitas: ꝛ eternitas es. Tu in celo: ego in terra: Tu diligis alta: ego infima: Tu celeſtia ego terreſtria. Et quando poterūt hec contraria conuenire?

¶ De miſeria ꝛ fragilitate hominis. Cap. ij.

Nota

MIſer ego quando poterit obliquitas mea: tue rectitudini adequari? Tu domine diligis ſolitudinem: ego multitudinem. Tu ſilentium: ego clamorem: tu veritatem: ego vanitatē: tu mundiciam: ego immundiciam ſequor. Quid plura domine? Tu vero bonus: ego malus: tu pius: ego impius: tu ſanctus: ego miſer: tu iuſtus: ego iniuſtus: tu lux: ego cecus: tu vita: ego mortuus: tu medicina: ego eger: tu gaudium: ego triſticia: tu ſumma veritas: ego vniuerſa vanitas: vt omnis homo viuens.

Heu quid igitur o creator dicam? audi o creator. Creatura tua ſum: iam perij: creatura tua ſum iā morior. Factura tua ſum iam ad nihilum redigor. Plaſma tuum ſum. Manus tue domine fecerunt me ꝛ pſalmauerunt me: manus inqua3 ille que affixe clauis ſunt ꝑ me. Opus manuum tuarum domine ne deſpicias. Vulnera manuum tuarum precor vt aſpicias. Ecce in manibꝰ tuis domine deus deſcripſiſti me: lege ipſam ſcripturam ꝛ ſalua me. En ad te ſuſpiro creatura tua. Creator es: recrea me. En ad te clamo factura tua. Vita es: viuifica me. En

excellentissima leyenda de miseria et fragilitate hominis

ad te reſpicio tuū plaſma: Plaſ
mator eſ: reſtaura me. Parce
mihi domine nihil enim ſunt
dies mei. Quid ē homo vt poſ
ſit alloqui deum factorem ſuuȝ?
Parce mihi colloquenti tibi.
Ignoſce ſeruo tuo: qui preſumit
loqui tanto domino. Legem nō
habet neceſſitas. Dolor me cō-
pellit dicere: calamitas quaȝ pa
tior cogit me exclamare. Egro-
tus ſum ad medicum clamo: ce-
cus ſum ad lucem propero.
Mortuus ſum: ad vitam ſuſpi
ro. Tu es medicus: tu lux: tu vi-
ta: Ieſu nazarene. Miſerere
mei fili Dauid: miſerere mei
fons miſericordie. Audi qui ad
te clamat infirmum. Lux que
tranſis: expecta cecum: prebe ei
manum vt ad te veniat ⁊ in lu-
mine tuo videat lumen. Vita vi
uens: reuoca mortuum. Quid
ſum ego qui loquor tecum? Ve
mihi domine: parce mihi domi
ne ego cadauer putridum: eſca
vermium: vas fetidum: cibus
ignium. Quid ſum ego qui lo-
quor tecum? Ve mihi domine:
parce mihi domie. Infelix ego
homo: homo inquā natus de
muliere breui viuens tempore
repletus multis miſerijs: homo
inquam vanitati ſimilis factus:
comparatus iumentis inſipien-
tibus: ⁊ iam ſimilis factus illis.
Quid iterum ego? abyſſus te-
nebroſa: terra miſera: filius ire
vas aptum in contumeliam: ge
nitus per immundiciaȝ: viuens
in miſeria: moriturus in angu-
ſtia. Heu miſer quid ſum? heu
quid futurus ſum? vas ſterqui
linij: concha putredinis: plenus
fetore ⁊ horrore: cecus: pauper:
nudus: plurimis neceſſitatibus
ſubditus ⁊ ignorans introitum
⁊ exitum meum: miſer ⁊ morta-
lis: cuius dies ſicut vmbra pre-
tereunt: cuius vita ſicut vmbra
lunatica euaneſcit ſicut flos in
arbore creſcit et ſtatim marce-
ſcit: nunc floret ⁊ ſtatim aret.
Vita inquā mea vita fragilis:
vita caduca vita que quantoma
gis creſcit tanto magis decre-
ſcit: quanto magis procedit tan
to magis ad morteȝ accedit. Vi
ta fallax ⁊ vmbratica: plena la-
queis mortis. Nūc gaudeo: ſta-
tim triſtor: nunc vigeo: iam infir
mor: nunc viuo: ſtatim morior:
nunc felix appareo: ſemper mi-
ſer: nunc rideo: iam fleo. Sicq;

omnia mutabilitati ſubiacent:
vt nihil vna hora i vno ſtatu p-
maneat. Hic timor: hinc tremor:
hinc fames: hinc ſitis: hinc calor:
hinc frigus: hinc langor: unde do
lor exuberat. Subſequitur his
importuna mors: que mille mo
dis quotidie miſeros homines
inopinate rapit. Hunc necat fe-
bribus: illum opprimit doloribꝰ
hunc conſumit fames: illuꝫ ſitis
extinguit: hunc ſuffocat aquis: il
lum interimit laqueo. Illuꝫ pe-
rimit flāmis: alium dentibus bē
ſtiarum ferocium vorat. Hunc
trucidat ferro: illuꝫ veneno cor-
rumpit: alteruꝫ tantuꝫ repenti-
no terrore miſeraꝫ vitaꝫ finire
compellit. Et nūc ſuper hec om
nia magna miſeria: cuꝫ nihil ſit
certius morte: ignorat tamen ho
mo finem ſuum. Et cuꝫ ſtare pu
tat: colliditur, ⁊ perit ſpes eius.
Neſcit enim homo: quādo: vel
vbi: vel quomodo moriatur: et
tamen certum eſt ꝙ eum mori
oporteat. Ecce domine ꝗꝫ ma-
gna miſeria hominis in qua ſuꝫ
nec timeo: ꝗꝫ grandis cala mi-
tas quam patior: nec doleo: et
ad te non clamo. Clamabo do-
mine antequā tranſeam: ſi forte
non tranſeam ſed in te maneaꝫ.
Dicam ergo dicam miſeriam
meaꝫ: confitear: nec erubeſcam
ante te vtilitatem meam. Adiu-
ua me fortitudo mea per quam
ſubleuor. Succurre virtus per
quā ſuſtētor. Ueni lux per quā
video: appare gloria per quam
gaudeo. Appare vita in qua vi
uam: o domine deus meus.

## ¶ De mirabili lumine dei. Capitulum. iij.

O Lux quā
videbat Thobi-
as quando ocu-
lis clauſis doce-
batur filium ſuum viam vite.
Lux quā videbat yſaac interi-
us: quando caligantibus oculis
exterius filio futura narrabat.
Lux inq̄ꝫ inuiſibilis cui omnis
abiſſus humani cordis eſt viſi-
bilis. Lux quam Jacob vide-
bat: quando ſicut tu intus doce
bas: filijs exterius ventura pre
dicebat. Ecce tenebre ſunt ſu-

per faciem abyſſi mentis mee: tu es lumen. Ecce caligo tenebroſa ſuper aquas cordis mei: tu es veritas. O verbum per quod facta ſunt omnia: ⁊ ſine quo factum eſt nihil? Verbum quod es ante omnia: ante quod nihil. Verbum creans omnia ſine quo omnia nihil. Verbum regens omnia: ſine quo nõ ſunt omnia? Verbum quod dixiſti i principio: fiat lux ⁊ facta eſt lux Dic etiam mihi: fiat lux: ⁊ facta ſit lux: ⁊ videam lumen: ⁊ cognoſcam quicquid non eſt lumen: quia ſine te mihi tenebre lumen: ⁊ lumen tenebre ponuntur. Et ſic ſine tua luce non eſt veritas? Adeſt error: Adeſt vanitas: nõ eſt diſcretio: adeſt confuſio: adeſt ignorantia: non eſt ſcientia: adeſt cecitas: non eſt viſio: adeſt inuium: non eſt via: adeſt mors: non eſt vita.

¶ De mortalitate humane nature.

Capitulum. iiij.

Ecce dñe q̄ lux nõ ẽ: mors ẽ: imo nõ ẽ mors q̄ nihil eſt mors. Nã p̄ ipſã ad nihilũ tẽdimus: dum nos nihil facere per peccatum non formidamus. Et iuſte quidem hoc domine: nam digna factis recipimus: dum ad nihilum deuenimus tanquam aqua decurrens: quia ſine te factum eſt nihil: ⁊ nos faciendo nihil: facti ſumus nihil: quia ſine te ſumus nihil: per quem facta ſunt omnia: ſine quo factum eſt nihil. O domine verbū: o de⁹ verbū: per quod facta ſunt omnia: ſine quo factum eſt nihil.

Ve mihi miſero totiens obcecato: quia tu lux: ⁊ ego ſine te. Ve mihi miſero totiens vulnerato: quia tu ſalus: ⁊ ego ſine te. Ve mihi miſero totiens infatuato: quia tu es veritas: ⁊ ego ſine te. Ve mihi miſero totiens oberrato: quia tu via: ⁊ ego ſine te. Ve mihi miſero totiens annihilato: quia tu verbum per quod facta ſunt oĩa ⁊ ego ſine te ſine quo factum eſt nihil. O domine verbũ: o deus verbũ: qui

es lux per quem facta eſt lux:q
es via veritas ⁊ vita:in quo nõ
ſunt tenebre:error:vanitas:ne-
qꝫ mors. Lux ſine qua tenebre:
via ſine qua error:veritas ſine
qua vanitas:vita ſiñ qua mors
Hic verbum domine fiat lux:
vt videam lucem:⁊ vitem tene
bras:videam viam ⁊ vitez in-
uium:videam veritatem:⁊ vi-
tem vanitatem:videam vitam:
⁊ vitem mortez. Illuminare do
mine lux mea illuminatio mea:
⁊ ſalus mea quem timebo:do-
minus meus quem laudabo:de
us meus quem honorabo:pa-
ter meus quem amabo:ſpõſus
meus cui me ſeruabo. Illumi-
nare inq̃ꝫ illumiare lux huic ce
co tuo:qui in tenebris ⁊ in vm
bra mortis ſedet:⁊ dirige pe-
des eius in viam pacis:ꝑ quaz
ingrediar in locum tabernaculi
admirabilis vſqꝫ ad domũ dei
in voce exultationis ⁊ confeſſio
nis. Uera enim confeſſio ẽ via
per quam ingrediar ad te viã:
per quam egrediar ab inuio.⁊
reuertar ad te viaz:qꝛ tu es ve
ra via vite.

¶ Quid ſit nihil fieri.
Capitulum. v.

Confitear ergo confitear tibi pater domine celi ⁊ terrẽ
miſeriam meam:vt me venire
liceat ad miſericordiam tuam.
Miſer quippe factus ſuz ⁊ ad
nihilum redactus ſum:⁊ neſci-
ui:qꝛ tu es veritas ⁊ ego non
eraz tecum. vulnerauerunt me
iniquitates mee ⁊ non dolui:qꝛ
tu es vita:⁊ ego non eraz tecũ.
Ad nihilum duxerunt me:qꝛ tu
es verbum:⁊ ego eram tecum.
Per quem facta ſunt omnia:ſi
ne quo factum eſt nihil:⁊ ideo
ſine te:factus ſum nihil. Quia
eſt nihil quod ad nihiluz ducit.
Omnia per verbum facta ſũt:
quecunqꝫ facta ſunt. Et qualia
facta ſunt? Uidit deus cuncta q̃
fecerat:⁊ erãt valde bõa. Om
nia quecũqꝫ facta ſunt per ver
buz facta ſunt:⁊ quecunqꝫ per
verbum facta ſunt valde bona
ſunt. Quare bona ſunt? qꝛ om-
nia per verbum facta ſunt. Et
ſine ipo factum eſt nihil:qꝛ ni-
hil bonuz ſine ſummo bono ẽ.
Sed malum eſt vbi non eſt bo
num:quod vbiqꝫ nihil eſt:quia

nihil aliud

nihil aliud eſt malum q̄ꝫ priua-
ti o boni: ſicut nihil aliud eſt ce-
citas q̄ꝫ priuatio luminis. Ma
lum itaqꝫ nihil eſt: quia ſine ver
bo factum eſt: ſine quo factum
eſt nihil. Illud autem malum
eſt: quod priuatur illo bono: per
quod omnia facta ſunt quecū-
qꝫ ſunt. At que non ſunt per ip
ſum facta: non ſunt: ⁊ ideo nihil
ſunt. Et ideo mala ſunt: que fa-
cta non ſunt: quia omnia que-
cunqꝫ facta ſunt: per verbum
facta ſunt: ⁊ omnia per verbuꝫ
bona facta ſunt. Cuꝫ igitur om
nia per verbum facta ſunt: ma-
la per ipſum non ſunt. Reſtat
igitur ꝙ omnia que facta non
ſunt: bona non ſunt: quia omnia
quecunqꝫ facta ſunt bona ſunt:
⁊ ideo mala ſunt: que facta non
ſunt: ⁊ ideo nihil ſunt: quia ſine
verbo factum eſt nihil. Ma-
lum igitur nihil eſt: quia factum
non eſt. Sed qualiter malum ē:
ſi factum non eſt? Quia maluꝫ
priuatio boni eſt: per quod fa-
ctum bonum eſt. Eſſe ergo ſine
verbo malum eſt: quod eē non
eſt: quia ſine ipſo nihil eſt. Sed
quid eſt ſeparari a verbo? Si
hoc queris ſcire: audi quid eſt
verbum. Verbum dei dicit.
Ego ſuꝫ via veritas ⁊ vita. Se
parari ergo a verbo eſt eſſe ſi-
ne via: ſine veritate: ſine vita: ⁊
ideo ſine ipſo nihil: ⁊ ideo ma-
lum: q: ſeparatur a verbo per
quod facta ſūt omnia valde bo
na. Separari autem a verbo ꝑ
quod omnia facta ſunt: nihil ali
ud eſt q̄ꝫ deficere: ⁊ a facto trā
ſire in defectum: q: ſine ipſo eſt
nihil. Quotiens ergo a bono
deuias: a verbo te ſeparas: q:
ipſum eſt bonum: ⁊ ideo nihil
efficieris: q: ſine verbo es: ſine
quo factum eſt nihil. Nunc igi
tur domine illuminaſti me lux:
vt viderem te: vidi ⁊ cognoui
me: quia totiens nihil factus ſū
quotiens a te ſeparatus ſum: q:
bonum quod tu es oblitus ſuꝫ:
⁊ ideo malus effectus ſum. Ve
mihi miſero: vt quid hoc non
cognoſcebam: quia te deſerens
nihil fiebaꝫ? Sed quid hoc que
ro? ſi nihil eram: quomodo co-
gnoſcere nolebam? Scimus ni
hil nihil eſt: ⁊ q̄d nihil eſt non ē
⁊ quod non eſt bonum non eſt:
q: nihil eſt. Si ergo nihil fui cū
ſine te fui: quaſi nihil fui: ⁊ ve-
lut idolum quod nihil eſt: quod

quidē aures hʒ ⁊ nō audit: na-
res hʒ ⁊ nō odorat: oculos hʒ ⁊
nō palpat: pedes hʒ ⁊ nō ambu
lat: ⁊ omnia liniamenta hʒ mē-
brorum ſine ſenſu eorum.

¶ De caſu aīe ī pctīs. Ca. vj.

Cum igitur fui ſine te: ni
hil fui: ⁊ iō cecus
erā ſurdus ⁊ in
ſenſibilis: qꝛ nec bonū diſcerne
bā: nec malū fugiebā: nec dolo
rē vulnerꝝ ſentiebaʒ: nec tene-
bras meas videbā: qꝛ eraʒ ſine
te vera luce: que illumīas oēm
hoīem venientē in hūc mūdū.
Ve mihi vulnerauerunt me ⁊
nō dolui: traxerūt me ⁊ nō ſenſi
qꝛ nihil erā: qꝛ ſine vita eram: q
ē verbū per qđ facta ſunt oia.
Jō dñe lux mea inimici mei de
me fecerunt quecūqʒ voluerūt
percuſſerūt: nudauerūt: pollue
rūt: corruperūt: vulnerauerunt:
⁊ occiderūt me: qꝛ receſſi a te: ⁊
factus ſuʒ nihil: ſine te. Heu do
mine vita mea que feciſti me:
lux mea que direxiſti me? Defē
ſor vite mee: miſerere mei ⁊ re
ſuſcita me: dñe deꝰ meus ſpes
mea: virtus mea: fortitudo mea
cōſolatio mea: in die tribulatio
nis mee: reſpice inimicos meos
⁊ eripe: fugiant a facie tua: qui
oderūt me: ⁊ ego viuā in te per
te. Ipſi. n. dñe ꝯſiderauerūt me
⁊ vidētes me ſine te deſpexe-
runt me. Diuiſerunt ſibi veſti-
mēta virtutū: quibꝰ ornaueras
me: fecerūt ſibi viā per me: ſub
pedibus ſuis ꝯculcauerūt me:
fecibus peccatorꝝ polluerūt tē-
plum ſanctū tuū: poſuerunt me
deſolatū ⁊ merore cōfectū. Ibā
poſt eos cecus ⁊ nudus ⁊ illa-
queatus funibus peccatorꝝ: tra
hebant me poſt ſe in circuitu de
vitio in vitiū: ⁊ de luto in lutū:
⁊ ibā abſqʒ fortitudine āt faciē
ſubſequentis. Seruus eram: ⁊
ſeruitutem amabaʒ. Cecus erā
⁊ cecitatem deſiderabam. Vin
ctus eram: ⁊ vincula non horre
bam. Amaruʒ dulce: ⁊ dulce a-
marum credebam. Miſer erā
nec cognoſcebam: ⁊ hoc qꝛ ſine
verbo eram: ſine quo factum ē
nihil: per quod omnia conſer-
uantur: ſine quo omnia anihilā
tur. Sicut enim omnia ꝑ ipſum
facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt
nihil: ſic per ipſum omnia con-
ſeruantur: quecunqʒ ſunt ſiue ī

celo ſiue in terra ſiue in mari: ⁊
in omnibus abyſſis. Nec pars
parti in lapide adheret: nec in
aliquo creatorum niſi q꞉ ꝑ ver
buƺ conſeruantur per quod om
nia facta ſunt. Adheream ego
tibi verbum: vt conſerues me:
q꞉ vbi a te receſſi perij in me:
niſi q꞉ tu qui me feceras refeci
ſti me. Ego peccaui: tu me viſi
taſti. Ego cecidi: tu me erexiſti.
Ego ignoraui: tu me docuiſti.
Ego non vidi: tu me illuminaſti.

¶ De multiplicibus benefi
cijs dei. Cap. vij.

Miſer ego
deus meus quā
tum teneor dili
gere oñde mihi:
Quātuƺ debeo laudare te: de
monſtra mihi. Quantuƺ debeo
placere tibi: innoteſce mihi. In
tona domine deſuper voce grā
di ⁊ forti in interiorem aurē cor
dis mei: doce me ⁊ ſalua me: ⁊
collaudabo te: qui creaſti me cū
nihil eſſem: qui illuminaſti me
cū in tenebris eſſem: qui reſuſci
taſti me cum mortuus eſſeƺ: qui
pauiſti me a iuuentute mea oī
bus bonis tuis. Nunc inutilem
vermem fetentem peccatis nu
tris omnibus optimis donis tu
is. Aperi mihi o clauis dauid:
qui aperis ⁊ nemo claudit illi
cui tu apis. claudis ⁊ nemo ape
ris illi cui tu claudis: aperi mi
hi oſtium luminis tui vt ingre
diar ⁊ videam: ⁊ cognoſcam: ⁊
confitear tibi in toto corde meo
q꞉ miſericordia tua magna eſt
ſuper me: ⁊ eruiſti animam me
am ex inferno inferiori. Domi
ne deus noſter q̄ȝ admirabile ⁊
laudabile eſt nomen tuuƺ in vn
uerſa terra. Et quid eſt homo
ꝙ memor es eius: aut filius ho
minis qm̄ viſitas eum? Domie
ſpes ſanctorum ⁊ turris fortitu
dinis eorum: deus vita aīe mee
per quā viuo: ſine qua morior.
Lumē oculoꝝ meoꝝ ꝑ qd̄ vi
deo: ſine quo orbor. Gaudium
cordis mei ⁊ letitia ſpūs mei: di
ligam te toto corde meo: ⁊ toto
aīo meo: ⁊ totis medullis ⁊ viſce
ribꝰ meis: q꞉ tu ꝑor dilexiſti me
Et vñ hoc mihi o creator celi ⁊
terre: ⁊ abyſſi qui bonoꝝ meoꝝ
nō idiges? Vñ hoc mihi q꞉ di
lexiſti me? O ſapia que apis os
mutoꝝ: o verbum per qd̄ facta
ſunt oīa: api os meum: da mihi

vocem laudis vt enarrem om-
nia beneficia tua: que mihi do-
mine a principio contuliſti. Ec-
ce enim ſum: q: tu creaſti me: ⁊
quod me creares ⁊ in numero
creaturarum tuarum numera-
res: ab eterno tu preordinaſti:
anteq̄ȝ quicq̄ȝ faceres a princi-
pio: anteq̄ȝ extenderes celos:
nec duȝ erant abyſſi: adhuc ter
ram non feceras: nec mōtes fū
daueras: nec dum fontes eru-
perant. Anteq̄ȝ hec omnia que
feciſti per verbuȝ: faceres me:
creaturam tuaȝ fore: certiſſima
veritatis tue prouidentia preui
diſti: ⁊ eſſe me creaturam tuam
voluiſti. Et hoc vnde mihi do-
mine benigniſſime: deus altiſſi
me: pater miſericordiſſime: crea-
tor potentiſſime ⁊ ſemper mitiſ
ſime? que mea merita? que mea
gratia: vt complaceret ante cō
ſpectum tue magnifice maieſta
tis creare me? Non erā ⁊ crea
ſti me. Nihil fueram: ⁊ de nihi
lo me aliquid feciſti. Quale au
tem aliquid? non ſtilam aque:
non ignem: non auem: vel piſcē
non ſerpentem: vel aliquid ex
brutis animalibus: non lapideȝ
vel lignum: non ex eorum gene
re que tantum habent eſſe: vel
ex eorum que tantum eſſe poſ-
ſunt ⁊ creſcere? Non ex eorum
genere que tm̄ eſſe ⁊ creſcere ⁊
ſentire poſſunt. Sed ſuper om
nia hec voluiſti me eſſe ex his
que tantum habent eſſe. q: ſum:
⁊ ex his que tm̄ habent eſſe ⁊
creſcere q: ſum ⁊ creſco: ⁊ ex
his que ſunt: creſcūt: ⁊ ſentiūt:
q: ſum creſco ⁊ ſentio. Et pau-
lominus parem me creaſti an-
gelis: q: rōnem te cognoſcendi
cum ipſis a te cōmuneȝ accepi.
Sed paulominus vtiqȝ dixi.
Nam illi tuam felicem notitiaȝ
iam habent per ſpecieȝ: ego au
tem per ſpem. Illi facie ad faci
em: ego per ſpeculum in enig-
mate. Illi plene: ego autem ex
parte.

¶ De dignitate hominis futu
ra. Capitulum. viij.

SEd cum venerit qd̄ per-
fectum eſt: eua-
cuabit qd̄ ex p̄te
eſt: quando iam reuelata facie:
tuam facieȝ videbimus. Quid
iam prohibebit nos non ēē mi
nores paulominus ab angelis:

quos tu dominē corona ſpei q̄
ornata eſt gloria ⁊ honore coro
naueris : quos tu nimis quaſi
amicos tuos honorificaueris.
Immo per omnia pares: ⁊ eq̄-
les angelis. Nempe ⁊ hoc ve-
ritas tua dicit: equales ſunt an-
gelis: ⁊ filij dei ſunt. Quid mi-
rum ſi filij dei ſunt: ſi pares ſūt
angelis? Vere quidem erunt fi-
lij dei : quia filius hominis fa-
ctus eſt filius dei. Hoc vtiq̄ cō-
ſideranti mihi fiducia eſt dice-
re: non homo minor paulomi-
nus eſt ab angelis: non vtiq̄ tā-
tum equalis angelis: ſed ſuperi-
or angelis: quia homo deus : ⁊
deus homo: non angelus. Et di-
cam propter hoc hominem eē
creaturam dignissimam: q: ver-
bum quod erat in principio de-
us apud deum: verbū per qđ
deus dixit: fiat lux ⁊ facta ē lux:
angelica. ſ. natura: verbum per
quod deus creauit omnia in p̄n-
cipio: idem verbum caro factū
eſt: ⁊ habitauit in nobis: ⁊ vidi-
mus gloriam eius. Ecce gloria
per quam glorior: quando ſane
glorior. Ecce gaudium per qđ
gaudeo: quando ſane gaudeo.
Domine deus meus: vita ⁊ to-
ta gloria anime mee. Confiteor
ergo tibi domine deus meus :
cum me creaſti rationis capa-
cem: angelis quodāmodo parē
creaſti: quia perfici poſſum per
verbum tuum vt veniā ad eq̄-
litatem angelorum: vt habeam
adoptionem filiorum per vni-
genitum verbum tuum domiē
per filium tuum dilectū: in quo
tibi bene complacuit: per vni-
cū coheredem ⁊ conſubſtātia-
lem tibi ⁊ coeternū: ieſum xp̄m
vnicū dn̄m ⁊ redemptorē no-
ſtrum: illuminatorem ⁊ conſola-
torem noſtrum: aduocatum no-
ſtrum apud te : ⁊ lumen oculo-
rum noſtrorum: qui eſt vita no-
ſtra ⁊ ſaluator noſter: ⁊ ſpeſ vni-
ca noſtra: qui nos dilexit magiſ
q̄z ſe: per quem habemus fidu-
ciam repoſitam: ⁊ firmā apud
te ſpem: ⁊ acceſſū veniendi ad
te : qui dedit poteſtatem filios
dei fieri: his qui credunt in no-
mine eius. Laudem tribuā no-
mini tuo domiē qui me ad ima-
ginem ⁊ ſimilitudinem tuā cre-
ando: tante glorie feciſti me fo-
re ſuſceptibilem: vt poſſim filiꝰ
dei fieri. Hoc vtiq̄ non poſſūt
arbores: nō poſſunt lapides: nō

generaliter omnia que mouent vel creſcunt in aere: vel in mari vel in terra: q2 nō dedit eis poteſtatem filios dei fieri: q2 rationem non habent. Nā ⁊ hec poteſtas in rōne conſiſtit per quā cognoſcimus deum. Dedit aūt hanc ptātem hominibus quos creauit rōnabiles ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam. Et ego vtiq3 domine per tuam gratia3 homo ſum: ⁊ filius tuus eē poſſum per grām: qđ illa non poſſunt. Unde hoc mihi domīe veritas ſumma: veraq3 ſūmitas ⁊ principium oīum creaturarū3? Unde hoc mihi domīe vt poſſim fieri filius dei: quod illa nō poſſunt? Tu es qui manes in eternum: qui omnia creaſti ſimul. Simul creaſti homines ⁊ iumenta: lapides ⁊ virentia terre. Non.n. preceſſerunt merita. nulla eorum interceſſit grā: q2 omnia: tua tm̄ bonitate creaſti: ⁊ pares omnes creature fuere in meritis: q2 omnium nulla fuere merita. Et vnde ergo magis tua bonitas in hac tua creatura: quā feciſti rōnalem: q̄3 in omnibus alijs que ſunt ſine ratione: apparuit? Quare nō ego ſicut omnes ille: aut cur omnes ille ſicut ego: aut ego ſolus ſicut ille? Que mea merita: que mea gratia: vt me filiu3 dei poſſe fieri ſuſceptibilem creares: quod illis omnibus denegares? Abſit domine vt hoc ſentiam. Tua gratia: tua tm̄ bonitas hoc fecit vt eſſem particeps dulcedinis eius. Illa igitur gratia qua me de nihilo creaſti: illa3 queſo domine da mihi gratiam: vt tibi de hoc referam gratias.

¶ De omnipotentia dei.

Capitulum. ix.

OMnipotens manus tua ſemp vna ⁊ eadem: creauit in celo angelos: ⁊ in terra vermiculos: non ſuperior in illis: non inferior in iſtis. Sicut .n. nulla alia manus angelum: ita nulla poſſet creare vermiculu3: ſicut nulla celu3: ita nulla poſſet creare minimum arboris folium: ſicut nulla corpus: ita nulla vllu3 capillum albū poſſet facre aut nigrum. Sed ōps manus tua: cui omnia pari modo ſunt poſſibilia. Nec .n. poſſibilius eſt ei

creare vermiculū q̃ȝ angeluȝ: nec impoſſibilius extendere celuȝ q̃ȝ ſoliuȝ: nec leuius formare capillū q̃ȝ corpus: nec difficilius fundare terrā ſup aquā q̃ȝ aquas ſup terrā: ſȝ oīa quecūqȝ voluit: fecit ſicut voluit: in celo ⁊ in terra: in mari ⁊ in omnib⁹ abyſſis: ⁊ me inter oīa ſicut voluit potuit ⁊ ſciuit. Potuit q̄dē manus tua dñe: me lapidē vel auem: vel ſerpētē vel beluaȝ: aliquā creare ⁊ ſciuit: ſed noluit ꝓpter ſuā bonitatē. Quare ergo ego nō ſum lapis vel arbor vel aliqua belua? Quia ſic ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret nō ꝑceſſerūt merita mea.

¶ De incomprehenſibili laude dei. Capituluȝ. x.

VNde hoc mihi dñe: vñ mihi laudes ad laudandū te? Sicut feciſti me ſine me: ſicut cōplacuit ante te: ita laus tibi eſt ſine me: ſicut cōplacet añ te. Ante te dñe laus tua tu ipſe es. Laudēt te opa tua ſḿ multitudinē magnitudinis tue: laus tua dñe incōprehēſibilis ē. Corde nō cōꝓhēdit: ore nō mēſuratur: aure nō ꝑcipit: q: iſta trāſeūt ⁊ laus tua dñe manet in eternū. Cogitatio icipit: ⁊ cogitatio finit: vox ſonat ⁊ vox trāſit. auris audit ⁊ audit⁹ deſinit: laus vō tua i eternū ſtat. Quis ergo ē q te laudet? Quis vō ānūciet laudē tuā? La⁹ tua ꝑpetua ē: trāſitoria nō ē. Hic te laudat: q teipſȝ ⁊ laudē tuā credit. Hic te laudat: q ſeipſȝ noſcit in tua laude nō poſſe ptīgē: la⁹ ꝑpetua q̄ nūq̄ȝ trāſit. In te ē laus nr̄a: in te laudabit aīa mea. Nō nos laudam⁹ te: ſȝ tu te: ⁊ ꝑ te: ⁊ in te: ⁊ nobis ēt ē la⁹ in te. Tūc verā habem⁹ laudeȝ qñ a te hēmus laudē: qñ lux approbat lucē: q: tu vera la⁹ tribuis verā laudē. Quotiēs ab alio q̃ȝ a te q̄rim⁹ laudē: totiēs tuaȝ amittim⁹ laudē: q: illa trāſitoria ē: ſȝ tua eterna. Si trāſitoriā q̄rim⁹: eternā amittim⁹ laudeȝ. Si eternā volum⁹: trāſitoriā ñ amem⁹. La⁹ eterna dñe de⁹ me⁹: a quo oīs la⁹: ſine nulla ē la⁹: nō valeo laudare te ſiñ te. Pēaȝ te: ⁊ laudabo te. Quid. n. ego ſum dñe ꝑ me: vt laudē te. Puluis ⁊ cinis ego ſuȝ: canis mortu⁹ ⁊ fetens ego ſuȝ: vermis ⁊ putredo

ego ſuꝫ. Quis ego ſuꝫ vt laudē
te domine deus fortiſſime ſpiri-
tus vniuerſe carnis: qui inhabi
tas eternitatem? Nunquid te-
nebre laudabunt luceꝫ: aut mors
vitam? Tu lux ego tenebre: tu vi
ta ego mors. Nunquid vanitas
veritatem laudabit? Tu es veri
tas: ego homo ſimilis factus va
nitati. Quid ergo domine lau-
dabo te? Nunquid miſeria mea
laudabit te? nunquid fetor lau-
dabit odorem? nunquid mortali
tas hominis que hodie ē ⁊ cras
tollitur: laudabit te? Nunquid
laudabit te homo putredo ⁊ fi-
lius hominis vermis? Nunqđ
laudabit te domine qui in pec-
catis cōceptus eſt ⁊ natus ⁊ nu
tritus? Non eſt enim ſpecioſa
laus in ore peccatoris. Laudet
te domine deus meus incōpre-
henſibilis potentia tua: incircū-
ſcriptibilis ſapientia tua: ⁊ ineſ-
fabilis bonitas tua: laudet te ſu-
pereminens clementia tua: ſu-
perabundans miſericordia tua:
ſempiterna quoqꝫ virtus ⁊ diui
nitas tua. Laudet te omnipoten
tiſſima fortitudo tua: ſūma quo-
qꝫ benignitas tua: et charitas
tua: propter quā creaſti nos do-
mine deus vita anime mee.

## ¶ De ſpe erigenda ad deum.
Capitulum. xj.

EGo autē creatura tua ſub
vmbra alarū tua
rum ſperabo: in
bonitate tua: qua creaſti me.
Adiuua creaturam tuam: quaꝫ
creauit benignitas tua. Nō pe-
reat in malicia mea: quod ope-
rata eſt bonitas tua. Non pereat
in miſeria mea: quod fecit ſum-
ma clementia tua. Que eſt eniꝫ
vtilitas in creatione tua: ſi deſcē
dam in corruptionem meā? Nū
quid enim vane deus conſtitui-
ſti omnes filios hominū? Crea
ſti me domine: rege quod crea-
ſti. Opera manuum tuarum ne
deſpicias deus. Me feciſti de
nihilo: ſi me non regis domine:
iterum reuertar ad nihilum. Si
cut enim domine non eram: et
de nihilo feciſti me: ſic ſi me nō
regis adhuc ad nihilum redi-
gar in me. Adiuua me domine
vita mea: ne peream in malicia
mea. Si non creaſſes me domi
ne: non eſſem: quia creaſti me
iam ſum. Si non regis iam nō

rum. Non enim mea merita: nõ mea gratia te coegerunt vt creares me: ſed benigniſſima bonitas tua ⁊ clementia tua. Illa charitas tua domine deus meꝰ que te ad creationẽ coegit: ipſa queſo modo cogat te ad regenduꝫ. Quid enim prodeſt quod compulit charitas tua ad creanduꝫ: ſi peream in miſeria mea: ⁊ non me regat dextera tua? Nec te cogat domine deus meus clementia ad ſaluandum qđ creatum eſt: que te compellit creare quod creatum non eſt. Ipſa te vincat charitas ad ſaluandum: que te vicit ad creandum: quia nec nunc minor eſt: q̄a ipſa charitas tu ipſe es: qui ſemper ideꝫ es. Non eſt abbreuiata manus tua: vt ſaluare nequeat: neqꝫ aggrauata eſt auris tua vt non audiat: ſed peccata mea diuiſerunt inter me ⁊ te: inter tenebras ⁊ lucem: inter imaginem mortis et vitam: inter vanitatem ⁊ veritatem: inter lunaticam hanc vitaꝫ meam: ⁊ ſempiternam tuam.

¶ De laqueis concupiſcentiarum.

Capitulum. xij.

HE ſũt vmbre quibꝰ operior in hac abyſſo caligiosa carceris huius: in qua proſtratus iaceo donec aſpiret dies ⁊ inclinent̄ vmbre: fiatqꝫ lux in firmamẽto virtutis tue. Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia dicatqꝫ fiat lux ⁊ effugentur tenebre: ⁊ appareat arida: germinetqꝫ terra herbam virenteꝫ et facientem ſemen ⁊ fructum bonum iuſticie regni tui. Domine pater ⁊ deus: vita: per quã oĩa viuunt: ⁊ ſine qua omnia mortua computant̄: ne derelinquas me in cogitatu maligno ⁊ extollerantiam oculorum meorꝫ ne dederis mihi. Aufer a me concupiſcentias: ⁊ animo irreuerẽti ⁊ infrunito ne tradas me: ſed poſſide cor meum vt te cogitet ſemper. Illumina oculos meos vt te videant: ⁊ non extollantur ante te gloria ſempiterna. Sed humiliter ſentiant: ⁊ non in mirabilibus ſuper ſe. Et que a dextris ſunt videãt: ⁊ non que a ſiniſtris abs te. Et palpebre tue precedant greſſus meos: nam ⁊

palpebre tue interrogant filios
hominū. Allide concupiſcentiā
meā dulcedine tua: quā abſcōdi
ſti timentibus te: vt concupiſcā
te concupiſcentijs ſempiternis:
ne vanis illectus ⁊ deceptus: in
terior guſtus ponat amarū: dul
ce: ⁊ dulce: amaꝝ: tenebras lucē
⁊ lucem: tenebras: vt liberari in
medio tot decipulaꝝ poſſim ab
inimico ſup faciem vie hui⁹ po
ſitarū ad capiendas aīas pecca
torum: quibus plenus eſt totus
mundus: qđ his qui vidit ⁊ ſub
ſilentio non tranſiuit inquiens
Quicquid eſt in mundo: aut ē
concupiſcentia carnis: aut cōcu
piſcētia oculoꝝ aut ſuperbia vi
te. Ecce dñe deus meus: mun-
dus totus plenus eſt cōcupiſcē
tiarum laqueis: quos paraue-
runt pedibus meis. Et qs effu-
giet hos laqueos? Profecto a
quo tu abſtuleris extollentiam
oculorum ſuorū: vt non eum ca
piat concupiſcentia oculorum: ⁊
a quo tu abſtuleris carnis con
cupiſcentiam: ne euꝫ capiat car-
nis concupiſcentia: ⁊ a quo tu
abſtuleris aīum irreuerenteꝫ et
infrunitum: ne eum callide deci
piat ſuperbia vite. O q̄ꝫ felix:
cui hec tu facies: qppe tranſibit
immunis. Nunc redemptor: te
precor: per te adiuua me: ne cor
ruam in conſpectu aduerſarioꝝ
rum meoꝝ: captus laqueis coꝝ
quos parauerunt pedib⁹ meis
vt incuruent animā meaꝫ. Sed
erue me virtus ſalutis mee: ne
ſibi riſum exhibeant de me ini-
mici tui: qui oderunt te. Exurge
dñe deus meus fortis meus: ⁊
diſſipentur inimici tui ⁊ fugiāt
qui oderunt te a facie tua: ſicut
fluit cera a facie ignis: ſic peant
peccatores a facie tua. Et ego
abſcondar in abſcondito faciei
tue: vt gaudeā cum filijs tuis ſa
tiatus omnibus bonis tuis. Et
tu domine deus pater orphano
rum: ⁊ tu mater pupilloruꝫ tuo
rum: audi eiulatum filioruꝫ tuo
rum: ⁊ extende alas tuas: vt fu-
giamus ſub eis a facie inimici.
Turris fortitudinis iſrael: q nō
dormitas neqꝫ dormies cuſto-
diens iſrael: quia nō dormit ne-
qꝫ dormitat hoſtis qui impu-
gnat iſrael.

¶ De miſeria hominis ⁊ be-
neficijs dei.

Capitulum. xiij.

O Lux quã
nõ videt alia lux
lumen quod nõ
videt aliud lu-
men: lux que obtenebrat omnẽ
lucem: ⁊ lumen quod excecat oẽ
extraneum lumẽ: lux a qua oĩs
lux: lumen a quo omne lumen:
lumen ad qđ omne lumen eſt te
nebra: ad qđ omnis lux: obſcuri
tas: lux cui omnes tenebre lumẽ
cui omnis obſcuritas lux: lux ſu
prema quã cecitas non obnubi
lat: quã caligo non hebetat: quã
tenebre nõ obſcurãt: quã nulla
obſtãtia claudit: quã nunquã ſe
parat aliqua vmbra: lux que illu
mias oĩa tota ſimul ſemel ⁊ ſem
per: abſorbe me ĩ claritatis abiſ
ſum: vt videam vndiq; te in te:
⁊ me in te: ⁊ cuncta ſub te. Ne
dereliquas me ne accreſcãt vm
bre ignorantie mee: ⁊ multiplicẽ
tur delicta mea. Sine te enĩ oĩa
ſunt mihi tenebre: oĩa mala: qa
nihil bonũ ſine te vero ſolo: et
ſummo bono. Hoc confiteor:
hoc ſcio dñe deus meus: q: vbi
cũq; ſum ſine te: male eſt mihi
preter te: non ſolũ extra me: ſed
etiam in me: quia omnis copia
que non eſt deus meus mihi ẽ
egeſtas. Satiabor tunc cum ap-
paruerit gloria tua. Et tu domi
ne vita mea beata: fac vt miſe-
riam meã confitear tibi: ex quo
ab vnitate bonitatis tue ſummo
⁊ vno bono temporalium rerũ
multiformitas lapſum me ꝑ car
nales ſenſus diſſipauit: ⁊ ab v-
no in multa diuiſit: ⁊ facta ẽ mi
hi abundantia laborioſa: ⁊ ege-
ſtas copioſa: dum aliud ⁊ aliud
ſequebar: ⁊ a nullo implebar:
dum non in me inconueniebam
te incõmutabile ⁊ ſingulare ⁊ i-
diuiſum vnũ bonum: qđ conſe-
cutus nõ egeo: quod cõſecutus
nõ doleo: qđ poſſidens ſatiatur
totum deſiderium meum. Heu
miſeria ſuper miſeriã: cum miſe
ra aĩa mea a te refugit: cũ quo
ſemp abundat ⁊ gaudet: ⁊ ſeq-
tur mundum: cum quo ſemper
eget ⁊ dolet. Mundus clamat
deficio: tu domine clamas: refi-
cio: ⁊ miſeria mea praua magis
ſequitur deficientem: q̃z reficiẽ
tem. Plane iſirmitas mea hec
eſt. Medice ſpirituum ſana il-
lam: vt confitear tibi: ſalus ani-
me mee: toto corde meo: ſuper
oib⁹ bñficijs tuis: quib⁹ paſcis

me a iuuentute mea ⁊ vſq3 in ſe
neciā3 ⁊ ſeniū. Te deprecor per
teipſum ne derelinquas me: feci
ſti me cum non eſſem: redemiſti
me cū periſſem: perierā: mortu
us fueram: ad mortuū deſcendi
ſti: mortalitatem ſuſcepiſti: ad ſer
uum rex deſcendiſti: vt ſeruū re
dimereſ teip̄m tradidiſti: vt ego
viuerem: tu mortem ſuſcepiſti
morte3 viciſti: me reſtauraſti cū
te humiliaſti: perieram: abiera3
in peccatis: venundatus eram:
veniſti ꝑ me vt redimeres me:
⁊ tm̄ me dilexiſti vt ſanguinem
tuum in precium dares pro me:
dilexiſti me domine plus q̄3 te:
quia mori voluiſti pro me. Tali
pacto tam charo precio reduxi
ſti me de exilio: redemiſti me de
ſeruitio: retraxiſti me de ſuppli
cio: vocaſti me nomine tuo: ſi-
gnaſti me ſanguine tuo vt me-
moriale tuum ſemꝑ eſſet apud
me: ⁊ nunq̄3 recederet a corde
meo: qui pro me non receſſit a
cruce. Unxiſti me oleo tuo: quo
tu vnctus fuiſti: vt a te xp̄o dice
rer xp̄ianus. En in manib⁹ tuis
deſcripſiſti me: vt ſemper ſit me
moria mea apud te: ſi tamen me
moria tua iugiter fuerit apud
me. Sic igitur gratia tua ſem-
per: ⁊ miſericordia preuenerūt
me. De multis nāq3 ⁊ magnis
periculis ſepe liberaſti me libe
rator meus: quando erraui ad
viam reduxiſti me: quādo igno
raui: docuiſti me: quando pecca
ui corripuiſti me: quādo fui tri-
ſtis: conſolatus es me: quando
deſperaui: confortaſti me: quan
do cecidi: erexiſti me: quādo ſte
ti: tenuiſti me: quando iui: dedu-
xiſti me: quando veni: ſuſcepiſti
me: quando dormiui: cuſtodiſti
me: quando clamaui: exaudiſti
me.

¶ Quod deus perpetua inſpe-
ctione conſiderat opera ⁊ inten
tiones hominū. Cap. xiiij.

h Ec enim ⁊
multa alia beneficia
feciſti mihi domine
deus meus: vita aīe
mee: de quibus dulce eſſet mi
hi ſemper loqui: ſemper cogita
re: ſemꝑ tibi gratias agere: vt
poſſim te ſemper pro omnibus
bonis tuis laudare: ⁊ amare te
toto corde meo: ⁊ tota aīa mea:
⁊ tota mente mea: ⁊ tota fortitu
dine mea: ſimul ex omnibus me

dulcis & intimis cordis mei: et
oium compagum mearuꝫ: bea-
ta dulcedo dñe deus meus oiuꝫ
qui delectantur in te. Sed imp
fectum meum viderūt oculi tui.
oculi inquā tui multo lucidiores
ſunt ſole: circūſpiciētes oēs vi-
as hominū & profundum abyſ
ſi: & in omni loco contemplant
ſemper bonos & malos. Cū eni
cunctis preſidias ſingula iplens
totus ſemper vbiqꝫ pſens: cun
ctorūqꝫ curam agens: que crea
ſti: quia nihil odiſti eoꝝ que fe
ciſti: ſic greſſus meos ſemitaſqꝫ
conſideras: & die noctuqꝫ ſuper
cuſtodiam meā vigilas: oēs ſe-
mitas meas diligenter notans:
ſpeculator ppetuus: veluti ſi to-
ti⁹ creature tue celi & terre obli
tus: tm̄ me ſolū conſideres: & ni
hil ſit tibi cure de alijs. Neqꝫ
enim creſcit lux incōmutabilis
viſionis tue: ſi tantum vnū aſpi
ciat: neqꝫ minuitur ſi innumera
videat et diuerſa. Quia ſicut
vnū n totum ſimul perfecte ꝯſi
deras: ſic ſingula quelibet licet
diuerſa perfecte ſimul totaqꝫ: to
tus conſpicit viſus tuus. Sꝫ ſic
omnia ſicut vnum: & ſicut vnuꝫ
ſic ſingula: totus ſimul ſine dimi
ſione: vel cōmutatione: vel dimi
nutione cōſideras. Itaqꝫ totus
tu in toto tempore ſine tempore
totum me ſimul ſemperqꝫ conſi
deras: ac ſi nihil aliud conſidera
re habeas. Sic igitur ſuper cu-
ſtodiam meam ſtas: ſicut ſi oiuꝫ
oblitus ſis: & mihi ſoli intende-
re velis. Semper quippe te pre
ſentem exhibes: ſemper te para
tum offers: ſi me paratum inue
nis. Quocūqꝫ iero: tu me domi
ne non deſeris: niſi prior ego te
deſeram. Vbicūqꝫ fuero nō re
cedis: quoniā vbiqꝫ es: vt quo-
cunqꝫ iero inueniam te per quē
poſſim eſſe ne pereā ſine te: cuꝫ
ſine te eſſe non poſſim. Fateor
quidem quia quicquid facio et
quecūqꝫ facio: ante te facio: et
quicquid eſt qđ facio melius tu
vides q̄ꝫ ego qui facio. Quic-
quid enim ſemp operor: tu pari
ter ſemp preſens aſſiſtis: vtpote
ppetuus inſpector oium cogita
tionū: intentionum: delectatio-
nū & operationuꝫ meaꝝ. Dñe an
te te eſt ſemper omne deſideriū
meū: ante te tota cogitatio mea.
Tu dñe vides vnde veniat ſpi-
ritus: vbi ſit: & quo vadat: q: tu
es oium ſpirituū pōderator. Et

vtrum radix ſit dulcis an ama-
ra de qua foris pulchra folia e-
mittuntur: tu iudex interius me-
lius ipſe noſti: ⁊ etiam medul-
las radicum ſubtilius ꝑſcrutaris
⁊ non ſolū intentionē ſ; radicis
eius medullā intimā: diſſertiſſi-
ma tue lucis ſ̄itate colligis: nu-
meras: intueris: ⁊ cōſignas: vt
reddas vnicuiqꝫ non ſolūmodo
ſm opera vel intentionem: ſed
etiam ſm ipſam interiorem ab-
ſconditā medullam radicis: de
qua procedit intentio operātis.
Ad quid tendo: cum operor: qc
quid cogito: ⁊ in quocūqꝫ dele-
ctor: tu vides: aures tue audiūt:
oculi tui vident ⁊ conſiderant: ſi-
gnas: attendis: notas: ⁊ ſcribis i
libro tuo: ſiue bonuꝫ fuerit: ſiue
malū: vt reddas poſtea pro bo-
no ꝑmia: ⁊ pro malo ſupplicia:
quādo aperientur libri ⁊ iudica-
bunt ſm hec que fuerūt ſcripta
in libris tuis. Hoc eſt forte qđ iā
dixiſti nobis. Conſiderabo no-
uiſſima eorum. Et qđ de te dn̄e
dicitur. Uniuerſoꝝ finem ipſe
conſiderat: qm̄ tu qdem in om-
nibus que agimus: finem inten-
tionis magis qꝫ actum opatiōis
attendis. Cūqꝫ hoc diligēter ꝯſi-

⁊ fortis: timore pariter ⁊ ingen-
ti rubore confundor: quoniā no-
bis magna eſt indita neceſſitas
iuſte recteqꝫ viuendi: qui cun-
cta facimus ante oculos iudicis
cuncta cernentis.

## ¶ Quod homo ꝑ ſe nihil pōt ſine diuina gratia. Cap. xv.

Fortiſſime magnipotēs de⁹ ſpirituum vniuer-
ſe carnis: cui⁹ ocu-
li ſunt ſuꝑ omnes vias filiorum
adam: a die natiuitatis eoꝝ vſ-
qꝫ in diem exitus eorum: vt red-
das vnicuiqꝫ ſecūdū opa ſua bo-
na vel mala. Oſtende mihi et
confitear tibi paupertateꝫ meā:
quoniam dixi qꝓ diues eſſem et
nullius egerem: ⁊ neſciebaꝫ qm̄
pauꝑ eram: cecus: nudus: miſer
⁊ miſerabilis. Credebam enim
me fore aliquid cum nihil eſſeꝫ.
Dixi ſapiens efficiar: ⁊ ſtultus
factus ſum. Cogitabam me eſſe
prudentē ⁊ deceptus ſum. Et vi-
deo nunc: quia donū tuum eſt ſi-
ne quo nihil poſſumus facere:
q: niſi tu dn̄e cuſtodieris ciuita-
tem fruſtra vigilat qui cuſtodit
eam. Sic docuiſti me: vt cogno

ſti me: nõ ꝓpter te ꝙ cognoſce-
res me: ſ; ꝓpter me: vt cogno-
ſceré me. Nã: vt dixi: dñe crede
bam me aliqd fore ex me: exiſti
mabã me ſufficere per me: nec
percipiebã quoniã tu regebas
me: donec aliquãtulũ te elõgaſti
a me: ⁊ cecidi ſtatim i me: ⁊ vi-
di ⁊ cognoui qm̃ tu regebas
me: ⁊ ꝙ cecidi fuit ex me: ⁊ ꝙ
ſurrexi fuit ex te. Apuiſti mihi
oculos lux: ⁊ excitaſti ⁊ illumi-
naſti me: ⁊ vidi qm̃ temptatio
eſt vita hominis ſuper terrã: ⁊
ꝙ gloriari non valeat añ te om
nis caro: nec iuſtificatur omnis
viuens: quoniã ſi quid boni eſt
parui vel magni donum tuum
eſt: ⁊ noſtꝝ non niſi malum eſt.
Vñ igitur gloriabit ois caro?
Nũqd de malo? Hec non ẽ glo
ria ſ; miſeria. S; nunqd gloria
bit de bono? nunqd de alieno?
Tuũ dñe ẽ bonũ: tua eſt gloria.
Qui eni de bono tuo gloriã ſi-
bi q̃rit: ⁊ nõ tibi querit: hic fur
ẽ ⁊ latro: ⁊ ſiliis ẽ dyabolo: q vo
luit furari gloriã tuã. Qui enim
laudari vult de tuo dono: ⁊ nõ
querit in illo gloriã tuã ſed ſuaʒ:
hic l; ꝓpter tuũ donũ laudetur
ab hoib⁹: a te tñ vitupat: q: de
dono tuo nõ tuã ſ; ſuã gloriã q̃ſi
uit. Qui aũt ab hoib⁹ laudat vi
tuꝑante te: nõ defendet ab hoi-
bus iudicãte te: nec liberabitur
ↄdẽnãte te. At tu dñe formator
me⁹ ex vtero mřis mee: nõ me
ſinas cadere i illã exprobratio-
nẽ vt exprobret mihi furari vo
luiſſe gloriã tuã. Tibi.n. ſit glĩa
cui⁹ eſt oẽ bonũ: nobis aũt cõfu
ſio faciei ⁊ miſeria: quoꝝ eſt oẽ
malũ: niſi tu volueris miſereri.
Miſereris qppe dñe: miſere-
ris oium: ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̃ fe
ciſti: ⁊ das nobis de bonis tuis:
⁊ ditas nos dñe de⁹ inopes op-
timis donis tuis. Qm̃ diligis
paupes ⁊ diuites facis eos diui
tijs tuis. Ecce nunc dñe paupes
filij tui ſum⁹: ⁊ puſill⁹ grex tu⁹:
api nobis ianuas tuas: ⁊ edent
paupes ⁊ ſaturabunt ⁊ lauda-
bũt te q reqrũt te. Scio ẽt dñe
⁊ ↄfiteor docẽte te: qm̃ illi ſoli q
cognoſcũt ſe paupes: ⁊ ↄfitẽtur
tibi pauptatẽ ſuã ditabũtur a te:
qm̃ q ſe diuites exiſtimãt cũ ſint
paupes a tuis diuitijs iuenient
excluſi. Ego igit ↄfiteor tibi dñe
de⁹ meus paupertatẽ meã: ⁊ ſit
tibi tua gloria tota quoniam tuũ
eſt omne bonum per me geſtũ.

Domine confiteoꝛ: vt docuiſti
me: nihil aliud ſum q̄ȝ vniuer-
ſa vanitas: ⁊ vmbꝛa moꝛtis: et
abyſſus quedam tenebꝛoſa: et
terra inanis ⁊ vacua: que ſine
tua benedictione nil germinat:
fructum quoqȝ non facit niſi cō
confuſionem: peccatum: ⁊ moꝛ-
tem. Si quid boni vnq̄ȝ habui
a te recepi. quicquid boni ha-
beo tuum eſt: vel a te habeo.
Si quando ſteti per te ſteti: ſed
quando cecidi: per me cecidi: ⁊
ſemper in luto iacuiſſem niſi tu
me erexiſſes: ſemper cecus fuiſ
ſem niſi tu me illuminaſſes.
Quando cecidi nunq̄ȝ ſurre-
xiſſem niſi tu mihi manum poꝛ
rexiſſes. Poſtq̄ȝ me etiam ere
xiſti: ſemper cecidiſſem niſi tu
me ſuſtinuiſſes. Sepius periſ-
ſem: niſi me gubernaſſes. Sic
ſemper domine: ſic ſemper gra
tia tua ⁊ miſericoꝛdia tua pꝛeue
nit me: liberans me ab omnib⁹
malis: ſaluans a pꝛeteritis: ſuſci
tans a pꝛeſentibus: ⁊ muniens
a futuris: pꝛecidens etiam ante
me laqueos peccatoꝛum: tollēs
occaſiones ⁊ cauſas: q: niſi tu h
mihi feciſſes: ego omnia pecca
ta mundi feciſſem. Quoniam
ſcio domine ꝙ nullum pecca-
tum eſt quod vnq̄ȝ fecerit ho-
mo: quod non poſſit facere al-
ter homo: ſi creatoꝛ deſit a quo
factus eſt homo. Sed ꝙ non fa
cerē tu feciſti: ꝙ tibi abſtine-
rem tu iuſſiſti: ⁊ ꝙ tibi crederē
gratiam tu infudiſti. Tu nanqȝ
domine regebas me tibi: ſerua
bas me tibi: ⁊ mihi vt adulteri
um: ⁊ omne aliud peccatum nō
cōmitterē gratiam ⁊ lumen do
naſti.

## De diabolo ⁊ multiplicib⁹ temptationibus eius.

### Capitulum. .xvj.

TEmpta-
toꝛ defuit: ⁊ vt
deeſſet tu feciſti:
locus ⁊ tempus
defuit: ⁊ vt hec deeſſent tu fe-
ciſti. Affuit temptatoꝛ: non de-
fuit locus: non defuit tempus: ſ
vt non conſentirem tu me tenui
ſti. Venit temptatoꝛ tenebꝛoſus
vt eſt: ⁊ vt eum deſpicerem tu
me confoꝛtaſti. Venit tempta-
toꝛ armat⁹ ⁊ foꝛtis: ⁊ vt me nō
vinceret: tu eū refrenaſti: ⁊ me
roboꝛaſti. Venit temptatoꝛ trāſ
figuratus in angelum lucis: ⁊ vt

me non

me non deciperet tu eum incre
paſti: ⁊ vt cū cognoſcerē tu me
illuminaſti. Ipſe.n.eſt dꝛaco ille
magnus ⁊ rufus: ſerpens anti-
quus: vocatus diabolus ⁊ ſa-
thanas: habens capita ſeptem
⁊ coꝛnua decem: quē creaſti ad
illudendum huic mari magno
⁊ ſpacioſo: in quo reptāt anima
lia quoꝛum non eſt numerus: ⁊
animalia puſilla ⁊ magna. i. di-
uerſa demonioꝛum genera: qui
nihil aliud die noctuqꝫ operan
tur: niſi q: circūeunt querentes
quē deuoꝛēt: niſi tu eripias. Ipſe
eni eſt antiquus ille dꝛaco: qui
oꝛtus eſt in paradiſo voluptatiſ:
qui cauda ſua trahit tertiā par
tem ſtellaruꝫ celi: ⁊ eas mittit in
terrā: qui veneno ſuo coꝛrum-
pit aquas terre: vt bibentes ho
mines moꝛiantur: ⁊ qui ſternit
ſibi auꝝ quaſi lutum: ⁊ habet fi
duciaꝫ ꝙ influat ioꝛdanis in os
ſuum qui factus eſt vt nulluꝫ ti
meat. Et quis defendet a moꝛſi
bus eius: quis eruet ab oꝛe ei⁹
niſi tu domine qui cōfregiſti ca
pita dꝛaconis magni? Pretēde
domine ſuper nos alas tuas vt
fugiamus ſub eis a facie dꝛaco
nis huius qui nos pſequitur: ⁊
ſcuto tuo libera nos a coꝛnibus
eius. Hoc.n.eſt ꝯtinuum ſtudiū
eius: hoc vnicū deſideriū ſuuꝫ:
vt aīas quas creaſt. d euoꝛet. Et
ideo deus me⁹ ad e clamam⁹:
libera nos ab aduerſario nr̄o
quotidiano: qui ſiue doꝛmiam⁹
ſiue vigilemus: ſiue comedam⁹
ſiue bibamus: ſiue quodcunqꝫ
opus opemur: oībus modis in
ſtat die ac nocte fraudib⁹ ⁊ arti
bus: nūc palā: nūc occulte: ſagit
tas venenatas contra nos diri
gens: vt īterficiat aīas noſtras.
Et tū dn̄e peſſima inſania nr̄a:
q: cū ꝯtinue videam⁹ ꝯtra nos
dꝛaconē: oꝛe aperto paratū ad
deuoꝛandū: nihilominus doꝛmi
mus ⁊ laſciuim⁹ in pigricijs no
ſtris: tanq̄ꝫ ſecuri ante eum: qui
nihil aliud deſiderat q̄ꝫ vt nos
pdat. Inimicus vt occidat ſp vi
gilat ſine ſomno: ⁊ nos vt cuſto
diamus nos nolumus euigila-
re a ſōno. Ecce tetēdit an̄ pedes
nr̄os laqueos īfinitos: ⁊ oēs vi
as nr̄as varijs repleuit decipu
lis ad capiēdas aīas nr̄as. Et
quis effugiet? Laqueos poſuit
in diuitijs: laqueos poſuit ī pau
ptate: laqueos tetēdit in cibo: in
potu: in voluptate: in ſōno: ⁊ in

vigilia: laqueos poſuit in verbo ⁊ in ope:⁊ in oi via noſtra. Sed tu dñe libera nos de laq̄o venantiū ⁊ a verbo aſpero vt confiteamur tibi dicētes. Benedictus dñs qui nō dedit nos in captionem dentibus eorum. Aia noſtra ſicut paſſer erepta ē de laqueo venantiū: laqueus ɔtritus eſt:⁊ nos liberati ſum⁹.

## ¶ Quod deus eſt lux iuſtoꝝ.

Tu qui deȝ dñe lux mea illumina oculos meos vt videam lumen:⁊ ambulē in lumine tuo ⁊ non īpingar in laqueos eius. Quis.n.euadet laqueos iſtos multos:niſi videat eos? Et qs videbit eos niſi quē illuminaueris lumine tuo? Ipſe.n.pater tenebrarum laqueos ſuos abſcondit in tenebris ſuis:vt capiātur in eis qui ſunt in tenebris ſuis: qui ſunt filii tenebraꝝ hāꝝ: nō videntes lumē tuū:in quo qui ambulat nō timebit. Qui enim ambulat in die:nō offendit: qui aūt in nocte ambulat offendit: q: lux non eſt in eo. Tu lux dñe: tu lux filioꝝ lucis:tu dies q neſcis occaſum: in qua ambulant filij tui ſine offenſione:⁊ ſine q̄ oēs qui ambulant: in tenebris ſunt:q: te lucem mundi nō habent. Ecce quotidie cernimus: q: quo magis a te vero lumine quis elongatur:eo magis peccatorum inuoluitur tenebris:et quo magis ē in tenebris:eo minus videt laqueos in via ſua:⁊ ideo minus cognoſcit:⁊ iccirco ſepius capitur ⁊ cadit in eis:⁊ qđ eſt horribilius ſe cecidiſſe ignorat. Qui vero ſuum caſum ignorat:eo minus curat ſurgere: q: ſe exiſtimat adhuc ſtare. Tu vō lux mentis domine deus meus:nunc illumina oculos meos vt videam ⁊ cognoſcā: ne corruam in conſpectu aduerſariorum meorū. Etenim in extremum noſtrum laborat inimicus noſter:quē petimus vt facias liquefieri a facie noſtra:ſicut cera liqſcit a facie ignis. Quoniam domine ipſe eſt latro primus ⁊ vltimus:qui conſiliū fecit vt raperet gloriam tuā: quoniam inflatus ⁊ elatus crepuit e ⁊ cecidit in faciem ſuam:⁊ de:

eiſti eum de monte ſancto tuo:
⁊ de medio lapidum ignitorum:
in quorum medio ambulauit. Et
nunc vita mea domine deus me-
us: ex quo cecidit non ceſſat per-
ſequi filios tuos. Et in odium
tuum: o rex magne: cupit perde-
re hanc creaturam tuam: quam
creauit omnipotens bonitas
tua ad imaginem tuam: vt poſ-
ſideat gloriam tuam: quam ipſe
perdidit per ſuperbiam ſuam.
Sed contere eum fortis noſter
ante nos agnos tuos: ⁊ illumi-
na nos: vt videamus laqueos:
quos ipſe parauit: ⁊ euadamus
ad te o letitia iſrael. Et hec om-
nia tu domine melius noſti: qui
noſti contentionem eius ⁊ cer-
uicem eius duriſſimam. Nec
hoc dico vt oſtendam tibi: quia
omnia vides: ⁊ nulla te latet co-
gitatio. Sed ante pedes tue ma-
ieſtatis de inimico meo queri-
moniam facio. Iudex eterne: vt
ipſum damnes: ⁊ nos filios tu-
os ſalues: quorum fortitudo tu
es. Verſutus eſt enim domine
iſte hoſtis ⁊ tortuoſus: nec facile
deprehendi poſſunt circuitus
vie eius: nec cognoſci ſpecies vul-
tus eius: niſi tu illumines. Nam

nunc hic: nunc illic: nunc agnum:
nunc lupus: nunc tenebras: nunc
lucem ſe oſtendit: ⁊ ſingulis qui-
buſlibet qualitatibus: locis: ⁊
temporibus: ſecundum varias rerum
mutationes: varias exhibet tem-
ptationes. Nam vt triſtes deci-
piat triſtatur ⁊ ipſe: vt gauden-
tes illudat: fingit ſe ⁊ ipſe gaude-
re: vt ſpirituales defraudet: in
angelum lucis ſe transfigurat:
vt fortes comprimat apparet a-
gnus: vt mites deuoret: apppa-
ret lupus. Hec quidem omnia
ſecundum ſimilitudinem variarum tem-
ptationum effici habet: ſicut ali-
os a timore nocturno: alios a ſa-
gitta volante in die: alios a ne-
gocio perambulante in tene-
bris: alios ab incurſu: alios a de-
monio meridiano. Et ad hec
quis idoneus vt cognoſcat? quis
reuelabit ſpeciem indumenti
eius? aut gyrum dentium eius
quis agnoſcet? En abſcondit ſa-
gittas ſuas in pharetra: ⁊ la-
queos etiam abſcondit ſub ſpe-
cie lucis: ⁊ hoc difficilius per-
penditur: niſi a te domine ſpes
noſtra: lumen aſſumamus: vt vi-
deamus. Nam non ſolum in carnis
operibus que de facili cognoſcuntur: non

tan'tum in ipſis vitijoꝛꝫ in ipſis ſpūalib⁹ exercitijs laqueos abſcondit ſubtiles: ⁊ ſub virtutum colore: ipſa vitia induit: ⁊ tranſmutat ſe in angelum lucis. Hec ⁊ multa alia nititur contra nos ipſe filius belial: ipſe ſathan: domine deus noſter. Et nunc vt leo: nūc vt draco: maniſeſte ⁊ occulte: intus ⁊ extra: die ac nocte inſidiatur: vt rapiat animas noſtras. Et tu eripe nos domine qui ſaluas ſperātes in te: vt ipſe de nobis doleat: ⁊ tu lauderis i nobis domine deus noſter.

## ¶ Iterum de beneficijs dei. Capitulum. xviij.

EGo autē filius ancille tue que recōmēdauit manui tue: iā his meis paupculis confeſſiōibus cōfitear tibi liberatori me⁹ toto corde meo: ⁊ recolam ad mentem meam oīa bona que feciſti mihi a iuuentute mea in oī vita mea. Scio nāq꞉ ꝙ ingratitudo multū tibi diſpliceat: que eſt radix tot⁹ mali ſpūalis: ⁊ vētus quidā deſiccās ⁊ vrens oē bonum: obſtruens fontē diuine miſ̄icordie tue ſup hoīem: qua ⁊ mortua iam non oriunt: ⁊ viua iam opera moriunt ⁊ vltra non adipiſcuntur. Et ego domine grās tibi ago ne ſim ingrat⁹ tibi liberatori meus: qm̄ liberaſti me. Quotiens iam me abſorbuerat ille draco: ⁊ tu domine ab ore eius extraxiſti me. Quotiēſ ego peccaui ⁊ ipſe paratus fuit deglutire me: ſed tu dn̄e deus meus defendiſti me. Cum contra te inique agebam cum tua mandata frangebam: ſtabat ipſe paratus: vt me raperet ad infernum: ſed tu prohibebas. Ego te offendebam: ⁊ tu me defendebas. Ego te non timebam: ⁊ tu me cuſtodiebas. A te recedebā ⁊ inimico meo me exhibebam: tu ipſum ne me acciperet deterrebas. Hec mihi tu domine deus meus beneficia conferebas: ⁊ ego miſer non cognoſcebam. Sic.n. me multotiens a faucib⁹ diaboli liberaſti: de ore leonis eripuiſti: ⁊ ab inferno licet neſcientem me multis vicibus reduxiſti. Deſcēdi.n. vſq꞉ ad portas inferni: ⁊ ne illuc intrarem tu me tenuiſti. Appropinquabā vſq꞉ ad portaꝫ mortis: ⁊ ne me

ipſe caperēt tu feciſti. De mor-
te etiam corporis ſepius eripui
ſti me ſaluator meus: cum gra-
ues morbi tenerent me: cuꝫ fui
in periculis multis per mare: ꝑ
terras: ab igne ⁊ gladio: ⁊ ab
omni periculo liberans: ſempꝛ
mihi aſtās: ⁊ miſericorditer ſal
uans. Sciebas tu quidem do-
mine: ꝙ ſi tunc mors me occu-
paſſet: infernus animam meaꝫ
ſuſcepiſſet: ⁊ perpetuo damna-
tus fuiſſem. Sed tua miſericor-
dia ⁊ tua gratia ꝑuenit me: eri-
piens me de morte corporis: ⁊
de morte aīe: dn̄e deꝰ meꝰ. Hec
⁊ multa tua alia beneficia exhi
buiſti: ⁊ ego eram cecus ⁊ non
cognoui: donec illuminaſti me.
Nunc igitur lux anime mee do
mine deus meus: vita mea per
quam viuo: lumen oculoꝝ meo
rum per quod video. En illumi
naſti me ⁊ cognoſco te: ꝙ viuo
per te: ⁊ gratias ago tibi licꝫ vi
les ⁊ exiles ⁊ impares benefi-
cijs tuis: quales habet mea fra
gilitas offero. Quoniam tu es
ſolus deus meus: creator meus
benignus: q amas noſtras ani-
mas: ⁊ nihil odiſti eoꝛuꝫ que fe
ciſti. En ego primus inter pec-

catores quos ſaluaſti: vt exem-
plum alijs tribuam benigniſſi-
me pietatis tue. Confitear tibi
beneficia tua magna: qm̄ eripui
ſti me de inferno īferioꝛi ſemel
⁊ ſecundo: ⁊ tertio: ⁊ centies ⁊
millies: ⁊ ego ſemper ad infer-
num tendebaꝫ: ⁊ tu me ſemper
reducebas: ⁊ iuſte millies dā-
naſſes me ſi voluiſſes. Nolui-
ſti: ꝙ amas animas: ⁊ diſſimu-
las peccata hominum propter
penitentiam dn̄e deus meus:
multe miſericordie in omnibus
vijs tuis. Nūc ergo video hec
domine deus meus ⁊ cognoſco
per lumen tuum: ⁊ deficit ani-
ma mea in miſericordia tua ma-
gna que eſt ſuper me: qm̄ eri-
puiſti aīam meam ex inferno ī-
ferioꝛi: ⁊ me ad vitā reduxiſti.
Totus.n. eram in morte: totum
me reſuſcitaſti. Tuuꝫ igit̄ ſit to-
tum id qđ viuo: ⁊ totus: totum
me tibi offero. Totus ſp̄us: to-
tum coꝛ: totum corpus: tota vita
mea: viuat tibi vita mea dulcis
qm̄ totum me liberaſti: vt totuꝫ
me poſſideres: totū me refeci-
ſti vt totū me rehaberes. Dili-
gā te igitur dn̄e virtus mea: di-
ligā te ineffabilis exultatio mea

⁊ viuat iaꝫ non mihi ſed tibi to
ta vita mea: que perierat in mi
ſeria mea reſuſcitata eſt in miſi
cordia tua: q̄ es deus miſicors
⁊ miſerator: ⁊ multe miſicordie
in milia his qui diligūt nomen
tuū. Jccirco dn̄e deus meꝰ ſan
ctificator meus: iuſſiſti lege tua:
vt diligam te toto corde meo:
tota anima mea: tota mēte mea
tota fortitudine mea: ⁊ totis vi
ribus meis: ⁊ etiam ex intimis
medullis cordis mei: oībus ho
ris ⁊ momentis: quibus fruor
bonis miſericordie: qm̄ ſemper
perirem niſi quia ſemper regis
me: ſꝑ morerer niſi q: ſemꝑ me
viuificas: ⁊ omni momento me
tibi obligas: dum oī momento
mihi tua magna beneficia pre
ſtas. Sicut ergo nulla hora eſt:
vel pūctus in oī vita mea: quo
tuo beneficio non vtar: ſic nul
lum dꝫ eſſe momentum quo te
nō habeā ante oculos in mea
memoria: ⁊ te nō diligā ex om
ni fortitudine mea. Sꝫ nec hoc
valeo: niſi tu dederis mihi cuiꝰ
eſt oē donū bonum: ⁊ oē datuꝫ
optimum deſcendens a patre
luminum: apud quem non eſt
tranſmutatio: nec viciſſitudinis
obumbratio. Non enim eſt vo
lentis neqꝫ currentis: ſꝫ tui mi
ſerentis vt diligamus te. Tuum
eſt dn̄e hoc donuꝫ: cuius eſt oē
bonum. Jube te diligi: da quod
iubes: ⁊ iube quod vis.

¶ De feruore dilectionis vel
charitatis. Cap. xix.

AMo te deus
magiſqꝫ ſꝑ ama
re cupio: q: tu es
reuera oī melle
dulcior: oī lacte nutribilior: ⁊
oī luce clarior. Jccirco ſuper oē
aurū ⁊ argentum lapidē ꝓcio
ſum es mihi charior. Diſplice
bat.n. mihi qcqd agebā in ſecu
lo: ꝓ dulcedie tua: ⁊ decore do
mus tue quā dilexi. O ignis q̄
ſꝑ ardes ⁊ nūq̄ꝫ extingueris: o
amor q̄ ſꝑ ferues: ⁊ nūq̄ꝫ tepe
ſcis: accēde me. Accendar inq̄ꝫ
totꝰ a te: vt totꝰ diligā te. Minꝰ
n. te amat: q tecū aliqd amat: qd
nō ꝓpter te amat. Diligā te dn̄e
qm̄ tu prior dilexiſti me. Et vn̄
mihi verbū vt explicē ſigna di
lectiōis tue: maxie erga me ꝑꝑ
innumera bn̄ficia tua quibus a
ꝑncipio educaſti me? Poſt bn̄
ficiū nempe creatiōis: qm̄ in ꝑn

pio de nihilo ad imaginem tuā: creaſti me: honorificans ⁊ exaltās me iter eas creaturas: quas feciſti: ⁊ nobilitans lumine vultus tui: quo ſignaſti ſuper luminare cordis mei: quo ab inſenſibilibus pariter ⁊ ſenſibilib⁹ brutis diſcreuiſti me: ⁊ paulominus ab angelis minuiſti. Parum ⁊ hoc fuit ante conſpectum diuinitatis tue: quoniam quottidianis et ſingularibus maximiſqꝫ donarijs tuorum beneficiorum me ſine intermiſſione nutriuiſti: ⁊ quaſi filium tuum paruulum tenellum: vberibus tue conſolationis lactaſti ⁊ cōfortaſti me. Ut enim tibi totus ſeruirē: omnia quecūqꝫ feciſti in meum ſeruitium tradidiſti.

¶ Quod deus ſubiecit omnia ſeruituti hominum.

Capitulum. xx.

OMnia ſub pedib⁹ homis ſubieciſti: vt ſolus homo totus tibi ſubijceretur. Et vt tuus totus homo eſſet: ſuper oia tua dominatus eſt homo. Exteriora nempe pro corpore cuncta creaſti: ipſum vero corpus pro anima: animam vero pro te: vt tibi ſoli vacaret: ⁊ te ſolum amaret: poſſidens te ad ſolatium: inferiora vero ad ſeruitiū. Quicquid enim celi ambitu continetur: inferius ab anima humana eſt: que facta eſt vt ſummum ſuperius poſſideret: cuius poſſeſſione beata fieret: cui ſi adheſerit: cunctorum mutabilium inferiorꝫ neceſſitudines ſupergrediens: illius ſumme maieſtatis cuius emulatur ſpeciem: eterne immortalitatis faciem: cum ſerenitate videbit. Tunc vero illis bonis optimis fruetur in domo domini: quorum comparatione cuncta hec que hic cernim⁹ velut nihilum computantur. Illa ſunt que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcenderunt: que preparauit deus diligentibus ſe. Et hec quideꝫ domine daturus es anime. His etiam quottidie letificas animas ſeruorum tuorū qui amas animas. Quid miror hec domine deus meus. Imaginē quippe tuām honorificas ⁊ ſimilitudinem tuam ad quā create ſunt. Nam ⁊ corpori noſtro licet adhuc corruptibili ⁊ igno-

bili: vt videret: dediſti celi clari-
tatem per manum miniſtrorum
tuorum indefeſſorum ſolis ⁊ lu
ne: qui precepto tuo iugiter die
ac nocte deſeruiunt filijs tuis:
vt ſpiraret: largitus es aeris pu
ritatem: vt audiret: ſonorum va
rietates. Et odoraret: odorum
ſuauitates: vt guſtaret: ſaporum
qualitates: vt contrectaret: dedi
ſti corpulentium oīum groſſita-
tes. Adiuuamenta ſuis neceſſi-
tatibus: dediſti iumenta: Volu-
cres quoqꝫ celi ⁊ piſces maris:
⁊ fructus terre: ad reficiendum
impendiſti. Medicinas de ter
ra: propter ſingulas quaſqꝫ ſu-
as corruptelas: creaſti. Singula
ſolacia: ſingulis malis obuian-
tia preparaſti: quoniam ex miſe
ricors ⁊ miſerator ⁊ nouiſti fig-
mentum noſtruꝫ; figulus noſter:
⁊ nos omnes quaſi lutum i ma-
nu tua.

¶ Qđ ex cōſideratione bono
rum tēporaliū colligit magnitu
do celeſtis ꝯſil . Cap. xxj.

Da aperi
mihi miſericor-
dia tua magna: lu
mine tuo illuſtra
queſo magiſ adhuc: vt mihi ma
gis aperiatur. Nā ex his mini-
mis tua magna: ⁊ ex his viſibi-
libus tua inuiſibilia compreben
dimus domine de⁹ ſancte ⁊ bo
ne creator noſter. Si enim mi
dñe pro hoc corpore ignobili ⁊
corruptibili: tam magna ⁊ innu
mera beneficia preſtas a celo ⁊
aere: a terra ⁊ mari: a luce ⁊ te-
nebris: a calore ⁊ vmbra: rore ⁊
imbre: ventis ⁊ pluuijs: volucri
bus ⁊ piſcibus: beſtijs ⁊ arbori
bus: ⁊ multiplicitate herbarū ⁊
germinum terre: ⁊ cunctarum
creaturarum tuaruꝫ miniſterio
nobis ſucceſſiue per ſua tempo
ra miniſtrantium: vt alleues fa-
ſtidium noſtrum: qualia queſo ⁊
q̄ꝫ magna ⁊ innumerabilia erūt
illa bona que preparaſti diligen
tibus te: in illa celeſti patria vbi
te videbimus facie ad faciē? Si
tanta facis nobis in carcere: q̄d
ages in palatio? Magna ⁊ in-
numerabilia ſunt opera tua do
mine rex celorum. Cum enim
ſint hec omnia ualde bona ⁊ de
lectabilia: que bonis pariter ma
liſqꝫ cōmunia tradidiſti: qualia
futura ſunt illa: que ſolis bonis
recondiſti? Si tam innumera ⁊

varia dona tua: que nunc amicis pariter tribuis ⁊ inimicis: qꝫ magna ⁊ innumerabilia: qꝫ dulcia ⁊ delectabilia: que ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolacia in hac die lachrymarũ: quanta conferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer: quanta queſo continet patria? Oculus non vidit: deus abſqꝫ te que preparaſti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinem magnificentie tue: eſt etiam multitudo magna dulcedinis tue: quã abſcondiſti timentibus te. Magnus enim tu es domine deus meus ⁊ immenſus: nec eſt finis magnitudinis tue: nec eſt numerus ſapientie tue: nec eſt menſura benignitatis tue: nec eſt finis nec numerus: nec menſura retributionis tue: ſed ſicut magnus es tu: ita magna ſunt donaria tua: quoniam tu ipſe premiũ ⁊ donum omnium legitimoꝝ tuorum pugnatorum.

¶ Quod diuina dulcedo omnem preſentem mundi amaritudinem tollit.

Capitulum. xxij.

HEc ſũt beneficia magna tua domine deus: ſanctificator ſanctorũ tuorum: quibus repleturus es inopiam eſurientium filioꝝ tuorum: quoniã factus es ſpes deſperatorum: ⁊ conſolatio deſolatorum: tu corona ſpei que ornata eſt gloria preparata vincentibus. Tu famelicorum ſatietas eterna: danda eſurientibus. Tu conſolatio ſempiterna: qui ſolis illis te tribuis: qui conſolationẽ huius mundi pro tua perpetua conſolatione contemnunt. Nã qui hic conſolantur: indigni tua conſolatione habentur. Sꝫ qui hic cruciantur: a te conſolantur ⁊ qui participant paſſionibus: participant ⁊ conſolationibus.

Nemo enim poteſt in vtroqꝫ ſeculo conſolari: nec poteſt quis hic ⁊ in futuro gaudere: ſꝫ vnũ neceſſe eſt vt perdat qui alterũ voluerit poſſidere. Hec vbi cõſidero domine conſolator meus in hac vita renuit conſolari anima mea: vt digna habeatur tuis conſolationibus eternis: quia iuſtum eſt vt amittat te quicũqꝫ

in aliquo alio magis conſolari diligit q̄ȝ in te. Et obſecro ſumma veritas te per te: non ꝑmittas me in aliqua cõſolatione vana conſolari. Sed peto vt omnia mihi amareſcant: vt tu ſolus dulcis appareas aīe mee: qui es dulcedo inextimabilis: per quā cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo. Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulam beato Laurentio dulceȝ fecit. Pro tua dulcedine ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniā digni habiti ſunt pro nomīe tuo contumeliam pati. Ibat Andreas ſecurus ad crucem ⁊ gaudēs quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hec tua dulcedo ipſos apoſtolorum principes ſic repleuit: vt pro ipſa crucis patibulum vnus eligeret: alter quoq̄ȝ caput ferientis gladio ſupponere nō timeret. Pro hac emenda Bartholomeus propriā pellem dedit. Pro hac quoq̄ȝ guſtanda veneni poculum intrepidus Joannes potauit. Hanc vero vt guſtauit Petrus omniuȝ inferiorū oblitus clamauit: quaſi ebrius dicens. Domine bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula: hic moremur: ⁊ contemplemur: quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis domine videre te: ſufficit inquit tanta dulcedine ſaciari. Vnam enim ſtillam dulcedinis ille guſtauit: ⁊ omnem aliam faſtidiuit dulcedinem. Quid putas dixiſſet: ſi magnam illā multitudinem dulcedinis diuinitatis tue guſtaſſet: quā abſcondiſti timentibus te? Hanc tuā dulcedinem ineffabilem: ⁊ illa guſtauerat virgo de qua legimus q̄ letiſſima ⁊ glorianter ibat ad carcerem: quaſi ad epulas inuitata. Hanc vt reor: ⁊ ipſe guſtauerat q̄ dicebat: q̄ȝ magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abſcondiſti timentib⁹ te: quiq̄ȝ monebat. Guſtate ⁊ videte quoniaȝ ſuauis eſt dominus. Hec eſt enim illa beatitudo domine deus noſter quam expectamus daturum te nobis: pro qua tibi domine continue militamus: pro qua tibi mortificamur tota die: vt in tua vita tibi viuamus.

¶ Quod tota ſpes noſtra ⁊ de

ſideriũ cordis noſtri debet eſſe in deum.

Capitulum. xxiij.

TU autem domine expectatio iſrael: deſiderium ad quod ſuſpirat cor noſtrum quotidie: feſtina ne tardaueris. Surge propera ꝛ veni: vt educas nos de iſto carcere ad confitendum nomini tuo: vt gloriemur in lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarum pupillorum tuorum: qui clamant ad te: pater noſter: da nobis hodie panem noſtrum quotidianum: in cuius fortitudine ambulemus die ac nocte: vſqꝫquo perueniam⁹ ad montem ſanctum tuum oreb.

Et ego paruulus iter paruulos familie tue: deus pater ꝛ virtus mea: quando veniam ꝛ apparebo ante faciem tuã: vt qui nũc tibi confiteor ad tempus: extũc confitear tibi in eternum? Beatus ero ſi fuero admiſſus ad videndum claritatẽ tuam. Quis mihi hoc tribuat: vt ad hoc venire permittas me? Scio domine: ſcio ꝛ confiteor me indignum vt intrem ſub tectum tuum: ſed fac propter honorẽ tuum: ꝛ ne confundas in te ſperantem ſeruum tuum. Et quis intrabit in ſanctuarium tuum ad conſiderandas potentias tuas: niſi tu aperias? Quis autem aperiet: ſi tu clauſeris? Si deſtruxeris nemo eſt qui edificet. Et ſi incluſeris hominem: nemo eſt qui aperiat. Si continueris aquas: omnia ſiccabuntur. Et ſi emiſeris eas: ſubuertent terram. Si omnia que feciſti ad nihilum redigis: quis contradicet tibi? Porro ſempiterna bonitas miſericordie tue qua feciſti omnia quecunqꝫ voluiſti. Tu nos feciſti fabricator mundi: rege nos. Tu nos creaſti: ne ſpernas nos: quia opera tua ſumus. Et quidem domine deus noſter: nos lutum ꝛ vermiculi: non valemus in tuas eternitates intrare niſi tu induxeris: qui de nihilo cuncta creaſti.

¶ Quod ſalus noſtra ex deo eſt.

Capitulum. xxiiij.

EGo autē opus manuū tuarum confitebor tibi i timore tuo: q: non in arcu meo ſperabo: et gladius meus non ſaluabit me: ſed dextera tua ꝛ brachium tuū ꝛ illuminatio vultus tui. Alioquin deſperareꝫ: quoniam ſpes mea tu es: qui creaſti me: quoniam non derelinquis qui ſperant in te. Tu quippe es dominus deus noſter: ſuauis ꝛ patiens: in miſericordia diſponēs omnia. Nam ſi peccauerimus: tui ſumus: ſi non peccauerimꝰ: tui ſumus: qm̄ apud te ſumꝰ cōputati. Nos folium vniuerſi: ꝛ vanitas eſt omnis homo viuēs ꝛ ventus eſt vita noſtra ſup terram. Ne iraſcaris ſi cadimꝰ pupilli tui: quoniam tu noſti figmētum noſtrum domine deus noſter. Num deus inextimabilis fortitudinis: contra foliuꝫ quod a vento rapitur oſtendere vis potentiam tuam: ꝛ ſtipulam ſiccam perſequeris? Num dānabis iſrael rex eterne: caneꝫ vnū? Num damnabis pulicem vnū? Audiuimꝰ de miſericordia tua domine: quoniam tu morteꝫ nō facis: nec letaris in perditōe morientium. Propter te dn̄e oramus te: ne permittas dominari quod non feciſti: huic creature tue quam feciſti. Si enim doles de perditione: quid te prohibet domine q̄ omnia potes: ne ſemper leteris de noſtra ſaluatiōe? Si vis: potes me ſaluare: ego autem ꝛ ſi vellem: non poſſem. Magna eſt multitudo miſeriarum mearum mecū. Velle qppe mihi adiacet: perficere auteꝫ non inuenio. Velle quod bonū eſt non poſſum niſi tu velis: nec quod volo poſſum: niſi tua potentia me confortet: ꝛ quod poſſum aliquando nolo: niſi tua voluntas fiat: ſicut in celo ꝛ in terra. Et quod volo ꝛ poſſuꝫ ignoro: niſi tua ſapientia me illuſtret. Et ſi etiam ſciam quandoqꝫ volens quandoqꝫ valens: imperfecta ꝛ vacua tranſit ſapiētia mea niſi adiuuer a vera ſapiētia tua. In tua autem voluntate cuncta ſunt poſita: ꝛ non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue: domine vniuerſorum principatum tenens omnis carnis: ꝛ quecūqꝫ vis facis in celo: ꝛ in terra: ī ma

ri:⁊ in omnibus abyſſis. In no bis igitur fiat voluntas tua: ſu per quibus inuocatum eſt no- men tuuȝ:ne pereat hoc nobile plaſma tuum quod creaſti pro- pter honorem tuum. Et quis ẽ homo natus de muliere:qui vi uat:⁊ non videat mortem: ⁊ eri piat animam ſuam de manu in feri: niſi tu ſolus eripias vita vitalis omnis vite:per quẽ om nia viuunt?

¶ Quod voluntas humana i efficax ſit ad bona opera ſine diuina gratia. Cap. xxv.

e

cce iã tibi confeſſus ſũ laus vite mee do mine deus me⁹ virtus ſalutis mee. Sperabam aliquando in virtute mea: que tamen non erat virtus. Et cum ſic volui currere: vbi magis ſtare credebam:ibi magis ceci di:factuſq̃ȝ ſum magis retro ⁊ non ante:⁊ quod credebam cõ ſequi magis elongatus ẽ a me. Sic p̱ multa ſimilia vires me- as probas. Cognoſco nunc q: illuminaſti me:quoniam quod magis credidi poſſe per me:mi nus ſemper potui. Dicebaȝ.n. hoc faciam:illud perficiam:nec hoc nec illud faciebam. Aderat voluntas:non erat facultas:ad- erat facultas non aderat volũ- tas:quoniam de meis viribus confidebam. Nunc autem con fiteor tibi domine deus pater celi ⁊ terre:q: non in fortitudi- ne ſua roborabit vir: vt glorie tur ante ſtulta preſumptio om- nis carnis. Nõ eſt hominis vel le quod poſſit: aut poſſe quod velit:vel ſcire quod velit ⁊ poſ ſit:ſed potius a te greſſus ho- minis diriguntur:illorum inq̃ȝ: qui non a ſe ſed a te dirigi ſe confitentur. Obſecramuſ itaq̃ȝ viſcera miſericordie tue: velis domine ſaluare quod creaſti: quoniam ſi vis potes nos ſal- uare:⁊ in tua voluntate virtus eſt noſtre ſalutis.

¶ De antiquis beneficijs dei. Capitulum. xxvj.

Recorda re miſericordie tue antique: qua nos a principio i benedictionibus tue dulcedi- nis preueniſti. Anteq̃ȝ eniȝ na-

fecerer ego filius ancille tue: do
mine ſpes mea ab vberib⁹ ma
tris mee: tu me preueniſti: pre-
parans mihi ſemitas quibus in
cederem ⁊ venirem ad gloriam
domus tue. Priuſq̃ me forma
res in vtero nouiſti me: ⁊ ante-
quã exirem de vulua: quicquid
tibi placuit preordinaſti de me.
Que ⁊ qualia ſint in libro tuo
ſcripta de me: i ſecreto conſiſto
rij tui: ego quidem ignoro: vn
de ⁊ valde timeo. Tu vero no-
ſti: quoniam quod ego per ſuc-
ceſſus dierum ⁊ temporũ: hinc
ad mille annos huius tempora-
litatis expecto: in conſpectu eter
nitatis tue: iam factum eſt: et
quod futurum eſt: iaꝫ factum ẽ.
Ego auteꝫ ſtans in hac nocte te
nebroſa: hec ignorans: timor et
tremor venerunt ſuper me: duꝫ
video mihi vndiq̧ imminere
multa pericula: a multis quoq̧
hoſtibus venari: multitudineq̧
innumerarum miſeriarum in
hac vita me circundari. Et niſi
in his tantis malis afforet mihi
tuum adminiculum deſperareꝫ.
Sed ſpes mihi magna ſubeſt
de te mitiſſime princeps. Deus
meus. Et conſideratio multitu-
dinis miſerationum tuarum: que
apud te ſunt: ſubleuat mentem
meam. Et precedentia ſigna mi
ſericordie tue: que me antequã
naſcerer: preuenerunt: ⁊ nunc
ſpecialiter in me effulſerunt: de
futuris benignitatis tue meliori
bus ⁊ perfectioribus muneri-
bus: que amicis tuis reſeruas:
ſpem meam admonent: vt in te
letetur domine deus meus leti-
cia ſancta ⁊ viua: qua ſemper le
tificas iuuentutem meam.

¶ De angelis deputatis ad cu
ſtodiam hominum.

Capitulum. xxvij.

Dilexiſti
enim me vnice
amor meus ante
quã diligereꝫ te:
⁊ ad imaginem tuam creaſti me
omnibus creaturis tuis prepo-
ſuiſti me. Quam dignitatem:
tunc quidem ſeruo cum noue-
rim te: propter quem feciſti me.
Inſuper facis angelos tuos ſpi
ritus propter me: quibus man
daſti vt cuſtodiant me in omni-
bus vijs meis: ne forte offen-
dam ad lapidem pedem meuꝫ

Hi enim ſunt cuſtodes ſup muros ciuitatis tue noue Hieruſalem: ⁊ montes in circuitu eius: vigilantes ⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem tuum: ne quādo rapiat vt leo animas noſtras: dum non eſſet qui eriperet: ille antiquus ſerpens aduerſarius noſter diabolus: qui quaſi leo rugiens ſemper circuit querens quem deuoret.

Hi ſunt ciues beate ciuitatis ſuperne Hieruſalem: que ſurſum eſt mater noſtra: in miniſterium miſſ. propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis: vt eos liberent ab inimicis ſuis: ⁊ cuſtodiant in omnibus vijs ſuis: cōfortent quoqꝫ ⁊ moneant: ⁊ orationes filiorum tuorum offerant ī conſpectu glorie maieſtatis tue.

Diligunt nempe conciues ſuos per quos ſue ruine ſciſſuras reſtaurari expectant. Ideoqꝫ magna cura ⁊ vigilanti ſtudio adſunt nobis: omnibus horis ⁊ locis: ſuccurrentes ⁊ prouidētes neceſſitatibus noſtris: ⁊ ſolliciti diſcurrentes inter nos ⁊ te: domine: gemitus noſtros atqꝫ ſuſpiria referentes ad te: vt impetrent nobis facilem tue benignitatis propitiationem: ⁊ referant ad nos deſideratam tue gratie benedictionem. Ambulant nobiſcuꝫ in omnibus vijs noſtris: intrant ⁊ exeunt nobiſcum: attēte conſiderantes q̄ꝫ pie q̄ꝫ honeſte in medio praue nationis conuerſemur: quantoqꝫ ſtudio ⁊ deſiderio queramus regnum tuuꝫ ⁊ iuſticiam eius: quantoqꝫ timore ⁊ tremore ſeruiamus: ⁊ exultemus tibi leticia cordis noſtri.

Adiuuant laborantes: protegūt quieſcentes: hortantur pugnantes: coronant vincentes: cōgaudent gaudentibus: de te inquā gaudentibus: compatiuntur patientibus: pro te inquā patientibus. Grādis eſt eis cura de nobis. Magnus eſt affectus dilectionis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorem tue inextimabilis charitatis: qua dilexiſti nos. Diligunt enim quos tu diligis: cuſtodiūt quos tu cuſtodis: ⁊ deſerūt quos tu deſeris: nec diligūt operātes iniqtatem: quoniā ⁊ tu odiſti oēs operantes iniqtatē: ⁊ perdes oēs q loquuntur mendaciū. Quotiēs bene agim⁹: gaudēt angeli ⁊ triſtantur demones. Quotiens a

bono deuiamus: diabolum leti ficam⁹: ⁊ angelos tuos ſuo gaudio defraudamus. Gaudiuȝ eſt enim eis ſup̃ vno peccatore penitentiam agente. Sed diabolo ſuper vno iuſto penitentiaȝ deſerente. Da igitur pater eis ſp̃ gaudere de nobis: vt ⁊ tu ſemper per eos lauderis in nobis: ⁊ nos cuȝ eis in vnum ouile tuum adducamur: vt cõfiteamur ſimul nomini ſancto tuo creator hominum ⁊ angeloruȝ. Hec ipſe cõmemorans coram te: cõfiteor laudans te: q̃m beneficia tua magna ſũt hec: quibus nos honorificaſti: dans nobis angelos tuos ſpũs in miniſteriuȝ noſtrum. Dederas enim q̃cquid celi ambitu continetur: ⁊ quaſi parua reputans hec que ſub celo ſunt: niſi adderes etiam ea q̃ ſunt ſuper celos. Laudẽt te domine de hoc omnes angeli tui: confiteantur tibi de hoc omnia opera tua: ⁊ ipſi ſancti tui tibi benedicant. O honorificentia noſtra nos nimis honorificans et ditans: multis muneribus decoraſti. Amabile eſt enim nomen tuum domine in vniuerſa terra. Quid eſt eniȝ homo q̃ magnificas eum: aut apponis erga eũ cor tuum? Dixiſti enim veritas antiqua. Delitie mee: eſſe cum filijs hominum. Nonne homo putredo: ⁊ filius hominis vermis? Nonne vniuerſa vanitas omnis homo viuens? Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi: aperire oculos tuos: ⁊ adducere eũ tecum in iudicium.

¶ De profunda predeſtinatione ⁊ preſcientia. Cap. xxviij.

DOce me abyſſus profundiſſima creatrix ſapientia: que libraſti in pondere montes ⁊ colles: in ſtatera molem terre tribus digitis appendiſti. Suſpende molem corporalitatis huius quã gero: tribus inuiſis digitis tuis ad te: vt videam ⁊ cognoſcaȝ quã admirabilis es in vniuerſa terra. Lux antiquiſſima: lucebas ante omnem lucem in montibus ſanctis eternitatis antique: cui nuda ⁊ aperta erant omnia anteq̃ȝ fierent. Lux que odio habes omnem maculam: vtpote mundiſſima ⁊ imaculatiſſima: que tibi delitie cum homine: que

miſſe: que conuentio lucis ad te
nebras? Ubi enim ſunt in ho-
mine delicie tue? Ubi prepara
ſti tibi in me dignū ſanctuariū
maieſtatis tue: ad quod introieſ
habeas delitias delectationis
tue? Mundum enim cenaculū
decet te mundans virtus: que
non niſi a mundis cordibus vi-
deri potes: multo magis nec ha
beri. In homine autem: vbi eſt
templum tam mundum vt te ſu
cipiat qui regis mūdū? Quis
poteſt facere mundum de imū-
do conceptum ſemine? nonne
tu qui ſolus es mundus? ab im
mundo enim quis mundabitur?
Nam ꝛ ſm legem quam dedi
ſti patribus noſtris in igne cō-
burenti montem: in nube tegen
te aquam tenebroſam: quicquid
tetigerit imundū: imundū erit.
Omnes autem nos quaſi pan-
nus menſtruate: de maſſa corru
pta ꝛ imunda venientes: macu
lam imunditie noſtre: quā cela-
re ſaltem tibi: qui omnia vides:
non poſſumus: in frontibꝰ por-
tamus. Quare mundi eſſe non
poſſumus: niſi tu mundaueris:
qui ſolus es mundus. Mūdas
autem de nobis filijs hominū:
eos in quibus tibi complacuit
habitare: quos ab in acceſſibili
bus profundis ſecretis iudicio-
rum incomprehenſibilium ſapi
entie tue: ſemper iuſtorum: licet
occultorum: ſine eorum meritis
predeſtinaſti ante mundum: vo
caſti de mūdo: iuſtificaſti in mū
do: et magnificas eos poſt mū-
dum. Non omnibus autē hoc
facis quod admirantur tabeſcē
tes omnes ſapientes terre. Et
ego domine hoc conſiderans
expaueſco et obſtupeſco de alti
tudine diuinarum ſapientie et
ſcientie tue: ad quā ego non per
tingo: et incomprehenſibilia iu
dicia iuſtitie tue: qm̄ ex eodem
luto alia quidem facis vaſa in
honorem: alia vero in contume
liam ſempiternam. Quos igi-
tur tibi elegiſti de multis in tē-
plum ſanctum tuum: ipſos mū
das: effundens ſuper eos aquā
mūdam: quorum nomina nu-
merūqꝫ tu noſti: qui ſolus nu-
meras multitudinem ſtellarum
et omnibus eis nomina vocas:
qui ēt ſcripti ſunt in libro vite:
qui nequaqꝫ perire poſſunt: q-
bus oia cooperantur in bonū
ēt ipſa peccata. Cū. n. cadūt nō

collidũtur: q̃ tu ſupponis ma-
nũ tuã: cuſtodiẽs oĩa oſſa eoꝝ:
vt vnũ ex eis nõ ↄteratur. Ar-
tã mors peccatoꝝ peſſima: illo-
rũ inq̃z: quos anteq̃z faceres ce-
lũ et terraꝫ: ſcḋm abyſſuꝫ multaꝫ
iudicioꝝ tuoꝝ occultoꝝ: ſꝑ aũt
iuſtoꝝ: preſciuiſti ad mortẽ eter
nam: quoꝝ dinumeratio nomi
nũ ⁊ meritoꝝ prauoꝝ apud te
eſt: qui numeꝝ arene maris di
numeraſti: ⁊ dimenſus es ꝓfun
duꝫ abyſſi: quos reliquiſti in i-
mundicijs ſuis: quibus oĩa co-
operãtur in malum: ⁊ ipſa etiã
oratio vertitur in pctm̃: vt ſi ẽt
vſq̃z ad celos aſcenderint: ⁊ in-
ter ſidera celi collocauerint ni-
dũ ſuum quaſi ſterquiliniũ in
fine perdentur.

¶ De illis qui prius iuſti: ⁊ po
ſtea impij efficiuntur: ⁊ ecõuer
ſo. Capitulum. xxix.

MAgna ſunt hec iudicia tua dñe deus. Judex iu-
ſte ⁊ fortis: q iu-
dicas equitatem ⁊ inſcrutabilia
facis ⁊ ꝓfunda: que cũ conſide
ro cõtremiſcunt oĩa oſſa mea:
qm̃ nõ ſecuratur homo viuens
ſuper terraꝫ: vt ſeruiamus tibi i
pie ⁊ caſte cunctis diebus vite
noſtre in timore: ⁊ exultem⁹ ti-
bi cum tremore: vt nõ ſit ſerui-
tium ſine timore: neq̃z gaudium
ſine tremore: ⁊ nõ glorietur ac-
cinctus niſi vt diſcinctus: neq̃z
glorietur ante te oĩs caro: ſꝫ pa-
ueſcat ⁊ ↄtremiſcat a facie tua:
cum ignoret hõ verũ amore an
odio dignus ſit: ſed in futuruꝫ
oĩa reſeruantur incerta. Vidi-
mus.n. multos dñe: ⁊ audiuim⁹
a patribus noſtris: qḋ vtiq̃z ſi-
ne magno tremore nõ recolo: ſi
ne multo timore non confiteor:
aſcẽdiſſe primitus quodãmodo
vſq̃z ad celos: ⁊ inter ſidera ni-
dum ſuum collocaſſe: poſtmo-
dum aũt cecidiſſe vſq̃z ad abyſ
ſos: ⁊ aĩas eoꝝ in malis obſtu-
puiſſe. Vidimus ſtellas de celo
cecidiſſe: ab ipetu ferientis cau-
de draconis. Et eos q iacebant
in puluere terre: a facie ſuble-
uantis manus tue dñe mirabili
ter aſcendiſſe. Vidimus viuos
morientes. Et mortuos a morte
ſurgẽtes: ⁊ eos q ĩter filios dei
ambulãt in medio lapidũ igni-
toꝝ: quaſi lutũ ad nihilũ deflu-
xiſſe. Vidimus lucẽ obtenebraſ

ſe:⁊ de tenebris lucē ꝓceſſiſſe: q: publicani ⁊ meretrices pce- dūt icolas: in regno celoꝝ: filij aūt regni eijciunt in tenebras exteriores. Quare aūt iſta oia: niſi q: in montē illū aſcēderūt: in quē aſcēdit angelus: ⁊ deſcē dit diabolus? Quos aūt pdeſti naſti: ipſos ⁊ vocaſti: ⁊ ſanctifi- caſti: ⁊ mūdaſti: vt dignū habi- taculum ſint tue maieſtatis: cuꝫ quibus ⁊ in qbus ſunt tibi deli tie ſancte ⁊ munde: in qbus tu delectaris: ⁊ letificas iuuentem eoꝝ habitās cū eis in memoria eoꝝ vt ipſi tēplum ſanctū tuuꝫ ſint: qḋ magne dignitatꝭ ⁊ com mēdatio ē humanitatꝭ noſtre.

¶ Quod aia fidelis ſit ſanctua rium dei. Cap. xxx.

ANima .n. quā creaſti: nō de te: ſꝫ per ꝟbū tuū: nō ex qualibꝫ ele mentoꝝ materia: ſꝫ ex nihilo: q qdē rōnalis: itellectualis: ſpūa- lis: ſp viuēs: ſp in motu: quā ſi- gnaſti lumie vultus tui: ⁊ cōſe- craſti ꝟtute lauacri tui: ita facta ē capax maieſtatis tue: q a te ſo lo ⁊ a nullo alio poſſit impleri. Quando aūt te hꝫ: plenum eſt deſideriū eius: ⁊ iaꝫ nihil aliud quod deſideret exterius reſtat. Dum aūt aliquid exterius deſi derat: manifeſtū eſt q te nō ha bet interius: quo habito nihil ē quod vltra deſideretur. Cuꝫ.n. ſis ſummū ⁊ oē bonum: nō ha- bet quod deſideret amplius: ſi poſſidet te oē bonum. Quod ſi non deſiderat oē bonum: reſtat vt deſideret aliquid qḋ non eſt omne bonum: ergo nec ſummū bonum: ergo nec deum: ſed po tius creaturam. Cum aūt crea- turam deſiderat: continuaꝫ fa- mē habet: q: licet qḋ deſiderat de creaturis: adipiſcatur: vacua tn̄ remanet: q: nihil ē qḋ eā iple at: niſi tu: ad cuiꝰ imaginē ē crea ta. Imples aūt tu eos qui nihil aliud deſiderāt pter te: ⁊ facis eos dignos te: ſanctos: beatos: imaculatos ⁊ amicos dei: q oia ꝯputāt vt ſtercora: vt lucrifaciāt te ſolū. Hec ē.n. btitudo quam hoi ꝯtuliſti: hic ē honor quo eū inter oēs creaturas: ⁊ ſup oēs: honorificaſti: vt ſit admirabile nomē tuū i vniuerſa terra. Eccē domine deus meus: ſūme: opti me: omnipotentiſſime: inueni te

eum vbi tu habitas: qꝛ in aīa
quā creaſti ad imaginem ⁊ ſili-
tudinem tuam: que te ſoluꝫ que
rit et deſiderat: qꝛ non in illa: q̄
te non querit nec deſiderat.

¶ Quod neqꝫ per ſenſus exte
riores: neqꝫ interiores inueniri
poteſt deus. Cap. xxxj.

Ego erra-
ui ſicut ouis que
perierat: querēs
te exteri⁹: qui es
interius. Et multum laboraui q̄
rens te extra me: ⁊ tu habitas i
me: ſi tamen ego deſiderem te.
Circūiui vicos et plateas ciui-
tatis huius mundi: querens te:
et non inueni: qꝛ male querebā
foris quod erat intus. Miſi nū-
cios: meos: omnes ſenſus exte-
riores: vt quererem te: et nō in
ueni: qꝛ male querebaꝫ. Uideo
enim lux mea deus: illuminaſti
me: qꝛ male te per illos quere-
bam: qꝛ tu es intus: et tamen ipſi
vbi intraueris neſciuerūt. Naꝫ
oculi dicunt: ſi coloratus nō fuit
per nos non intrauit. Aures di
cunt: ſi ſonitum non fecit ꝑ nos
non tranſiuit. Naſus dicit: ſi nō
oluit: per me nō venit. Guſtus
dicit: ſi non ſapuit: per me nō
introiuit. Tactus etiam addit: ſi
corpulentus non eſt: nihil me d̄
hac re interroges. Non iſta igi
tur ſunt deus meus. Non eniꝫ
ſpeciem corporis. non decus tē
poris. non candorem lucis. non
colorem. non dulcium melodia
rum cantus. et quecunqꝫ dulce
ſonantia. non florum et vnguen
torum vel aromatum odores.
non mella vel manna guſtui de
lectabilia. non cetera ad tangen
dum vel amplexandum amabi
lia: nec omnia alia ſenſibus his
ſubiecta quero: cum deum meū
quero. Abſit vt iſta credideriꝫ
deum meum: que etiam a bruta
lium ſenſibus comprehendun-
tur. Et tamen cum deum meuꝫ
quero: quero nihilominus quā
dam lucem ſuper omnem lucē
quā non capit oculus: quandaꝫ
vocem ſuper omnem vocem:
quam non capit auris: quēdam
odorem ſuper omnem odoreꝫ:
quem nō capit naris: quendam
dulcorem ſuper oēm dulcoreꝫ:
quē non capit guſtus: quēdam
amplexum ſuper omnem am-
plexum: quem non capit tactus.
Iſta lux quidem fulget: vbi lo-

cus nõ capit. iſta vox ſonat vbi
ſpũs non rapit. odor iſte redo-
let vbi flatus non ſpargit. ſapor
iſte ſapit: vbi non eſt edacitas :
amplexus iſte tangitur : vbi nõ
diuellitur . Hic eſt deus meus
et non extimabitur alius ad il-
lum. Hoc quero cum deū me-
um quero. Iſtud amo: cum de-
um meum amo. Sero te ama-
ui pulchritudo tam antiqua : et
tam noua: ſero te amaui: et tu i-
tus eras et ego foris: et ibi te q-
rebam: et in iſta formoſa que fe
ciſti: deformis irruebam: Me-
cum eras: et tecum non eram .
Ea me tenebant longe a te: que
eſſe non poterant niſi in te. Cir-
cũibam enim omnia : querens
te: et propter omnia dereliquẽſ
me. Interrogaui terram ſi eſſet
deus meus: et dixit mihi ꝙ nõ :
et omnia que in ea ſunt hoc idẽ
confeſſa ſunt. Interrogaui me
et abyſſos: et reptilia que ĩ eis
ſunt: et reſponderunt. Non ſu-
mus deus tuus: quare ſup nos
Interrogaui ſtabilem aerem: et
inquit vniuerſus aer cum om-
nibus incolis ſuis. Fallit Anaxi
menes: non ſum ego deus tu⁹.
Interrogaui celum: ſolem : lu-
nam: et ſtel'as: neqꝫ nos ſumus
deus tuus: inquiunt: Et dixi om
nibus his qui circunſtant fores
carnis mee: dicite mihi de deo
meo quod vos noſcitis : dicite
mihi aliquid de illo: et exclama
uerunt oẽs voce grandi . Ipſe
fecit nos . Interrogaui mundi
molem: dic mihi ſi es deus me⁹
an non. Et reſpondit voce forti.
Nõ ſum inquit ego: ſed ꝑ ipſuꝫ
ſum ego: quẽ queris in me: ipſe
fecit me: ſuper me quere: qui re
git me qui fecit te. Interrogatio
creaturarum: profunda eſt con
ſideratio ipſarum: reſponſio: at
teſtatio ipſarum de deo: quoni-
am omnia clamant deus nos fe
cit. Quoniam: vt ait apoſtolus:
inuiſibilia dei: per ea: que facta
ſunt: a creatura mundi : intelle-
cta ꝯſpiciuntur. Et redij ad me
⁊ intraui in me: ⁊ aio ad me.
Tu quis es? Et reſpondi mihi.
Homo rationalis ⁊ mortalis.
Et icepi diſcutere quid hoc eẽt
⁊ dixi . Unde hoc tale animal
domine deus meus? Unde niſi
abs te? tu feciſti me : ⁊ non ipſe
me. Quis tu? Tu per quem vi
uo ego: tu per quẽ viuunt om-
nia. Quis tu? Tu domine deus

meus: verus: ⁊ ſolus: omnipo-
tens ⁊ eternus: ⁊ incomprehen
ſibilis: ⁊ immenſibilis: qui ſem
per viuis ⁊ nihil moritur in te:
immortalis habitas eternitatē:
mirabilis oculis angelorum: in
enarrabilis: inperſcrutabilis ⁊
innominabilis. Deus viuus ⁊
verus: terribilis: ⁊ fortis: neſci-
ens principium neq; finem: p̄n
cipium omnium atq; finis: qui
es ante primordia ſeculorum: ⁊
ante omnes ſeculorũ origines.
Tu es deus meus ⁊ dominus
omnium que creaſti: ⁊ apud te
omnium ſtabilium ſtant cauſe:
⁊ omnium mutabilium apud te
immutabiles manent origines:
⁊ omnium rationabilium ⁊ ir-
rationabilium atq; temporali-
um ſempiterne viuunt ratõẽs.
Dic mihi ſimplici ſeruo tuo de
us meus. dic miſericors miſero
tuo. dic queſo per miſerationes
tuas. vnde hoc tale animal niſi
abs te? An quiſq̃ ſeſe faciendi
erit artifex: an aliũde q̃ a te tra
hitur eſſe ⁊ viuere? Nonne tu
es ſummum eſſe a quo eſt om-
ne eſſe? Quicquid enim eſt: a
te eſt: quia ſine te nihil eſt. Non
ne tu es fons vite a quo fluit
omnis vita? Quicquid enĩ vi
uit: per te viuit: quia ſine te nihil
viuit. Tu ergo domine feciſti
me. Quero qs fecit me? tu do-
mine feciſti: ſine quo factum eſt
nihil. Tu factor meus: ego opꝰ
tuum. Gratias tibi ago domine
deus meus: per quẽ viuo ego:
⁊ per quem omnia viuunt: quo
niam feciſti me. Gratias tibi plaſ
mator meus: quia manus tue fe
cerunt me ⁊ plaſmauerunt me.
Gratias tibi lux mea: quoniam
illuminaſti me: ⁊ inueni te: ⁊ me
vbi inueni me: ibi cognoui me:
vbi inueni te: ibi cognoui te: vbi
autem cognoui te: ibi illumina-
ſti me. Gratias tibi lux mea: quo
niam illuminaſti me. Quid eſt
quod dixi cognoui te? Nonne
tu es deus incomprehenſibilis
⁊ immenſus: rex regum: ⁊ do-
minus dominantium: qui ſolus
habes imortalitatẽ ⁊ lucem ha
bitas inacceſſibilẽ quẽ nullus
hominum vidit: ſed nec videre
põt? Nõne tu es deus abſcon-
ditus ⁊ iperſcrutabilis maieſta
tis: ſolus tui ipſius maximus co
gnitor ⁊ mirabilis ꝯtemplator?
Quis ergo cognouit qđ nũq̃
vidit? Dixiſti.n. in veritate tua.

Non videbit me homo ⁊ vi-
uet. Dixit ⁊ p̄cco tuus per veri
tatem tuã. Deum nemo vidit
vnq̃. Quis ergo cognouit qḋ
nũq̃ vidit? Dixit ⁊t̄ veritas tua
nemo vidit filiũ niſi pater: neq̃
patrē quis nouit niſi fili⁹? So-
la trinitas tua: ſoli ſibi integre
nota eſt que exuperat oēm ſen-
ſum. Quid eſt ergo qḋ dixi: q:
cognoui te? Quis.n.cognouit
te: niſi tu te? Tu quippe ſol⁹ de
us oīpotens: ſuperlaudabilis: ⁊
ſupergloriosus: ⁊ ſuperexaltat⁹
⁊ altiſſimus: ⁊ ſupereſſentialis
ĩ ſanctiſſimis: ⁊ diuiniſſimis elo
quijs nominaris: qm̄ ſuper oēs
eſſentiã intelligibilem ſiue itel-
lectualem atq̃ ſenſibilē: ⁊ ſup
oē nomen qḋ noiatur nō ſolum
in hoc ſeculo: ſ; ⁊t̄ in futuro: ſu-
pereſſentialiter ⁊ ſupintelligibili-
ter eē dignoſceris: qm̄ ſupeſſen
tiali ⁊ occulta diuinitate: ſuper
oēm rōnem: intellectum ⁊ eēn-
tiam inacceſſibiliter ⁊ imper-
ſcrutabiliter habitas in teipſo:
vbi lux inacceſſibilis: ⁊ lumen
impeſcrutabile: ⁊ incomprehē
ſibile: ⁊ inenarrabile: ad qḋ nō
attingit aliquod lumen: quoni-
am in contemplabile ⁊ inuiſibi
le ⁊ ſuperrationale: ⁊ ſupintelli
gibile: ⁊ ſupinacceſſibile: ⁊ ſup-
incōmutabile: ⁊ ſupincōmutabi
le credit: quod nullus vnq̃ an
gelorum vel hominum vidit: ſ;
nec videre poteſt. Hoc eſt celũ
tuum dn̄e: celum celans ſupar-
canum: ſuperintellibile: ſupra-
tionale: et ſupereſſentiale lumē
de quo dicitur. Celum celi do-
mino. Celum celi: cui terra eſt
omne celum: q: ſupmirabiliter
exaltatũ eſt ſuper oē celum. Ad
quod terra eſt ⁊t̄ ipſum celum
empireũ: hoc eſt celum celi do-
mino: q: nulli notum niſi domi
no. Ad quod nemo aſcēdit: niſi
qui de celo deſcendit: q: nemo
nouit patrē niſi filius et eorum
ſpūs: et nemo nouit filiũ niſi pr̄
et eorum ſpūs. Soli quidē tibi
trinitas integre nota es: trinitas
ſancta: trinitas ſupmirabilis: et
ſupinenarrabilis: et ſupinſcru-
tabilis: et ſupinacceſſibilis: ſu-
perincomprehenſibilis: ſuper-
intelligibilis: ſupereſſentialis:
ſupereēntialiter exuperās om-
nem ſenſum: omnem rōnē oēs
intellectum: oēm intelligentiã:
omnem eſſentiam ſupercaeleſtiũ
aiorũ: quam neq̃ dicere neq̃

cogitare: neq3 intelligere: neq3 cognoſcere poſſibile eſt: etiam oculis angeloꝝ. Unde ergo cognoui te domine deus altiſſime ſuper omné terram: ſuper omne celum: quem neq3 cherubin perfecte cognoſcunt: neq3 ſeraphin? ſed alis contemplationu3 ſuarum velatur facies ſedentis ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatum: clamantes et dicentes. Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria tua. Expauit propheta et dixit. Ue mihi: quia tacui: quia vir pollut⁹ labijs ego ſum. Et expauit cor meum: et dixi. Ue mihi: qꝛ non tacui: qꝛ vir pollutus labijs ego ſum: ſed dixi cognoui te. Ueruntamé domine: ve tacétibus de te: qm̄ loquaces: muti ſūt ſine te. Et ego domine deus meus non tacebo quoniam feciſti me: et illuminaſti me: et inueni me: et cognoui te: qm̄ illuminaſti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te nó ſicut tibi es: ſ3 cognoui te ſicut mihi es: et non ſine te: ſed in te: qꝛ tu es lux que illuminaſti me. Sicut enim tibi es: ſoli tibi cognitus es: ſicut mihi es ſm̄ gratiam tuam: et mihi cognitus es. Sed quid mihi es? Dic mihi miſericors famulo tuo miſero: dic mihi per miſerationes tuas quid mihi es? Dic anime mee: ſalus tua ego ſum: noli abſcondere a me faciem tuá ne moriar. Sine me loq apud miſericordiam tuam: me terram et cinerem: ſine me loqui apud miſericordiam tuam: quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me loquar ad deum meu3 cum ſim puluis et cinis. Dic mihi ſupplici tuo: dic mihi miſericorſ miſero tuo: dic per miſeratióes tuas: quid mihi es? Et intonaſti deſuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei: et rupiſti ſurditatem meá: et audiui vocem tuam: et illuminaſti cecitatem meam: et vidi lucem tuam: et cognoui quoniam deus me⁹ es tu. Propterea dixi q̄ cognoui te. Cognoui enim te quonia3 deus meus es tu. Cognoui te ſolum verum deum et quem miſiſti Jeſu3 xp̄m. Erat tempus qm̄ non cognoſcebam te: ve tempori illi: quando non cognoſceba3 te: ve cecitati illi quando non videbam te: ve ſurditati illi quan-

do non audiebam te. Cecus et
ſurdus ꝑ formoſa: que feciſti de
formis irruebam. Et mecū eras
et tecum non eram: et ea me te⸗
nebant longe a te que nō eſſent
niſi eſſent in te. Illuminaſti me
lux mundi: et vidi te et amaui te
nemo quippe te amat niſi qui te
videt: et nemo te videt niſi q̄ te
amat. Sero te amaui pulchritu
do: tam antiqua et tam noua ſe⸗
ro te amaui: ve tempori ill. quā⸗
do non amaui te.

¶ Confeſſio vere fidei.

Capitulum. xxxij.

GRatias ti
bi ago lux mea:
q̄ illuminaſti me
et cognoui te.
Qualiter cognoui te? Cognoui
te ſolum deuꝫ viuū: et verꝫ: crea
torem meū. Cognoui te creato⸗
rem celi ⁊ terre: viſibiliuꝫ oīum
et inuiſibilium: deum verꝫ oipo
tētem: imortalem et inuiſibilem:
incircūſcriptibilem: intermina⸗
bilem: eternum: inacceſſibilē: in
comprehenſibilem: imperſcruta
bilem: incōmutabilē: imenſum:
infinitum: principium oium vi⸗
ſibilium et inuiſibilium: creatu⸗
rarum: ꝑ quē omnia facta ſunt:
per quē cuncta ſubſiſtunt elemē
ta. Cuius maieſtas: ſicut princi⸗
pium nunq̄ꝫ habuit: ſic nec deſi
net in eternuꝫ. Cognoui te vnū
ſolum verum deum: eternū pa⸗
trem ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſanctuꝫ:
tres quidem perſonas: ſed vnā
eſſentiam oino ſimplicem: indi⸗
uiſamqꝫ naturam: ⁊ patrē a nul
lo: filium a patre ſolo: ⁊ ſpirituꝫ
ſanctū pariter ab vtroqꝫ: abſqꝫ
initio ſemꝑ ⁊ ſine fine deum tri
num ⁊ vnum: ſolum ⁊ verꝫ deū
omnipotentem: vnū vniuerſorū
principium: creatorem oium vi
ſibilium: ⁊ inuiſibilium: ſpiritua
lium ⁊ temporalium: qui tua oi⸗
potenti virtute ſimul ab initio
temporis vtrāqꝫ de nihilo cōdi
diſti creaturam ſpiritualē ⁊ cor
poralem: angelicā: videlꝫ ⁊ mun
danam: ac deinde humanā qua
ſi cōmuneꝫ ex corpore ⁊ ſpiritu
conſtitutam. Cognoui te ⁊ cōfi⸗
teor: te deum patrem ingenituꝫ:
te filium a patre genitum: te ſpi
ritum ſanctum paraclytum ne⸗
qꝫ genitum neqꝫ ingenitum: ſan
ctam ⁊ indiuiduam trinitatem: ī
tribus coequalibus ꝑſonis con
ſubſtantialibus: ⁊ coeternis: tri⸗

nitatem in vnitate:⁊ vnitatem i t:initate:coꝛde credens ad iuſticiam:⁊ oꝛe confitens ad ſaluteꝫ. Cognoui te verum deum ⁊ dominū noſtrū ieſum xp̄m: filium dei vnigenitū:creatoꝛē:ſaluatorem:⁊ redemptoꝛē meū:⁊ tot⁹ humani generis: quē confiteoꝛ ex patre genitū ante ſecula:deū de deo lumen de lumine:deum verum de deo vero: non factuꝫ ſed genitum:conſubſtantialeꝫ ⁊ coeternum patri ⁊ ſpiritui ſancto: per quem omnia facta ſunt a pꝛincipio: firmiter credens et veraciter confitens te deuꝫ vnigenitum ieſum xp̄m pꝛopter ſalutem hominum:a tota trinitate cōmuniter incarnatum:⁊ ex maria ꝑpetua virgine: ſpiritus ſancti cooperatione conceptum:verum hominē: factum ex aīa rationali:⁊ humana carne ſubſiſtētem. Qui cum ſecundum diuinitatem vnigenitus dei impaſſibilis ſis pariter ⁊ imoꝛtalis:pꝛopter nimiam dilectionem tuam qua dilexiſti nos: idem ipſe dei filius: ſm humanitatem factus es paſſibilis ⁊ moꝛtalis. Qui propter ſalutem humani generis vnice fili dei in ligno crucis pati dignatus es paſſionem et moꝛtem:vt nos a moꝛte perpetua liberares. Atq; ad inferos: vbi ſedebāt in tenebꝛis patres noſtri:auctoꝛ luminis deſcendiſti: ⁊ die tertia glorioſus victoꝛ ab inferis ad ſuperos reſurrexixiſti:reſumens ſacrū coꝛpus qḋ pꝛo peccatis noſtris moꝛtuū iacuerat in ſepulchꝛo: ⁊ viuificās ſm ſcripturas die tertia:vt ipm in patris dextra collocares. Aſſumpta nanq; tecum ex inferis captiuitate quā captiuauerat antiquus hoſtis: humani generis inimicus:verus dei filius cū noſtre carnis ſubſtātia .i. cū anima ⁊ carne humana:ex virgine glorioſa aſſumpta:ſuper omnes celos aſcendiſti:tranſcendens oēs oꝛdines angeloꝝ: vbi ſedes ad dexteraꝫ dei patris: vbi ē fons vite:⁊ lumē inacceſſibile:⁊ pax domini que exuperat oēm ſenſum. Ibi te deum verum:⁊ hominem ieſum xp̄m adoꝛamus ⁊ credimus:confitentes te patreꝫ habere deum. Indeq; te venturum iudiceꝫ in fine ſeculi expectamus:vt iudices viuos ⁊ moꝛtuos:⁊ reddas oib⁹ bonis ⁊ malis ſm opa ſua: que opati ſunt i

hac vita: vel premiū: vel ſuppli
cium: prout vnuſquiſqꝫ dignus
fuerit requie vel erumna. Re-
ſurgent enim in illa die: a voce
virtutis tue: omnes hoies: quot
quot humanā aiam acceperunt
in carne ſua: quā hic habuerūt:
vt totus homo pro meritis: vel
gloriam ſuſcipiat vel gehennaꝫ.
Tu es ipe vita: ⁊ reſurrectio no
ſtra: quē ſaluatorem expectamꝰ
dn̄m ieſum xp̄m: qui reformabit
corpus humilitatis noſtre confi
guratum corpori claritatis ſue.
Cognoui te deum veruꝫ ⁊ vnū
ſpiritum ſanctum patris ⁊ filij:
ab vtroqꝫ pariter procedenteꝫ:
conſubſtantialem ⁊ coeternū pa
tri ⁊ filio: paraclitum ⁊ aduoca
tum noſtrum: qui ſuper eundeꝫ
deum ⁊ dn̄m noſtrum ieſuꝫ xp̄ꝫ
in colūbe ſpecie deſcendiſti: ⁊ ſu
per apoſtolos in linguis igneis
apparuiſti. Qui ⁊ omnes ſan-
ctos ⁊ electos dei: a pncipio: tue
gratie munere docuiſti: ⁊ ora p-
phetarū: vt enarrarent mirabi-
lia regni dei aperuiſti: q ab om
nibus ſanctis dei cū patre ⁊ fi-
lio ſimul adoraris ⁊ glorificaris
Inter quos: ⁊ ego filius ancille
tue: toto corde meo glorificō no

men tuum: quoniam illuminaſti
me. Tu enim es vera lux: lumē
veridicum: ignis dei: ⁊ magiſter
ſpirituum: qui vnctione tua do-
ces nos omnem veritatem. Spi
ritus veritatis: ſine quo impoſ-
ſibile eſt placere deo: quoniam
tu ipſe deus es ex deo: ⁊ lux de
luce: procedens a patre luminuꝫ
ineffabiliter: ⁊ a ſuo filio domi-
no noſtro Jeſu chriſto: quibus
cōſubſtantialis ⁊ coequalis ⁊ co
eternus exiſtens in vnius trini-
tatis eſſentia ſupereſſentialiter
congloriaris ⁊ conregnas. Co-
gnoui te vnum deum viuum ⁊
verum patrem ⁊ filium ⁊ ſpiri
tum ſanctuꝫ: trinum quidem in
perſonis: ſed vnum in eſſentia:
quem confiteor: adoro: ⁊ glorifi
co toto corde meo: verum deuꝫ
ſolum ſanctum: immortaleꝫ: inui-
ſibileꝫ: incōmutabilem: inacceſſi
bilem: imperſcrutabileꝫ: vnum
lumen: vnū ſolē: vnum panem:
vnā vitam: vnū bonū: vnū prin
cipiū: vnuꝫ finem: vnum creato
rem celi ⁊ terre: per quē omnia
viuunt: per queꝫ oia ſubſiſtunt:
per quē omnia gubernantur: re
guntur: ⁊ viuificātur: que in ce-
lis ſunt ⁊ que i terris: ⁊ que ſub

terra: preter quē non est deus i celo ⁊ in terra. Sic cognoui te domine deus: cognitor meꝰ: sic cognoui te. Cognoui te ꝑ fidem tuā: quā inspirasti mihi: lux mea: lumen oculorum meoꝝ: domie deus meus: spes oium finiū terre: gaudium letificans iuuentutem meā: ⁊ bonū sustentans senectutem meam. In te enim domine iubilant omnia ossa mea: dicentia. Dñe quis similis tibi? Quis similis tibi in diis dñe? nō quem fecit manus hominū: sed qui fecisti manus hominū. Simulachra gentium argētū ⁊ aurum: opa manuū hominū: nō sic operator hominū. Omnes dii gentiū demonia: dominꝰ autem celos fecit: dominus ipse ē deus. Dii qui nō fecerunt celū ⁊ terram pereant de celo ⁊ de terra: deū qui creauit celum et terram: celi ⁊ terra benedicant.

¶ De confessione ꝓprie vilitatis. Cap. xxxiii.

Quis similis tibi etiā i diis dñe? quis similis tibi? magnificus i sanctitate: terribilis: atqꝫ laudabilis ⁊ faciens mirabilia? Sero te cognoui lumen verū: sero te cognoui. Erat autem nubes magna ⁊ tenebrosa ante oculos vanitatis mee: ita vt videre nō possem solē iusticie ⁊ lumen veritatis. Inuoluebar in tenebris: filiꝰ tenebrarū: tenebras meas amabam: qꝛ lumen nō cognoscebā. Cecus eram: ⁊ cecitatem amabam: ⁊ ad tenebras: ꝑ tenebras ambulabā. Quis inde me eduxit: vbi eram homo cecus sedēs in tenebris: ⁊ vmbra mortis? Quis accepit manū meā vt inde me educeret? Quis ē ille illuminator meus? nō enim querebam ⁊ ipse quesiuit me: non vocabam eum ⁊ ipse vocauit me. Quis est ille? Tu es domie deꝰ meꝰ misericors ⁊ miserator: pater misericordiarum ⁊ deus totius consolationis: tu sancte dñe deus meus: quem cōfiteor toto corde meo: gratias agens nomini tuo. Non te querebā: tu me quesiuisti: nō te inuocabā: tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo. Intonasti desuper voce grandi: in interiorem aurem cordis mei. Fiat lux: ⁊ facta est lux: ⁊ discessit nubes magna ⁊ lique

facta eſt nubes tenebroſa: q̄ ope
ruerat oculos meos: ⁊ vidi lu-
cem tuam: ⁊ cognoui vocē tuā
⁊ dixi. Uere domine tu es deus
meus q̄ eduxiſti me de tenebris
⁊ vmbra mortis: ⁊ vocaſti me i
admirabile lumen tuū: ⁊ ecce vi
deo. Gratias tibi illuminatoꝛ me
us. Et conuerſus ſum: ⁊ vidi te
nebras in quibus fueraꝫ: ⁊ abyſ
ſum tenebroſam in qua iacuerā:
⁊ cōtremui: ⁊ expaui: ⁊ dixi. Ue
ve tenebris meis i quibus iacui
Ue ve cecitati illi i qua videre
nō poteram lumen celi. Ue ve
preterite ignorantie mee quādo
nō cognoſcebā te dn̄e. Gratias
tibi ago illuminatoꝛ ⁊ liberatoꝛ
meus: quoniam illuminaſti me
⁊ cognoui te. Sero cognoui te
veritas antiqua: ſero te cogno-
ui veritas eterna. Tu eras in lu
mine: ⁊ ego in tenebris: ⁊ nō co
gnoſcebam te: q: illuminari non
poteram ſine te: ⁊ nō eſt lux ex-
tra te.

¶ Conſideratio diuine maie-
ſtatis. Cap xxxiiij.

SAncte ſā
ctorum deus in-
extimabilis ma-
ieſtatis: deus deorum: ⁊ dn̄s do
minorum: mirabilis: inenarrabi
lis: inexcogitabilis: quem cōtre-
miſcunt in celo angelice poteſta
tes: quem adorāt oēs domina-
tiones ⁊ throni: ⁊ omnes virtu-
tes pauent a cōſpectu tuo: cuius
potētie ⁊ ſapientie nō eſt nume
rus: qui fundaſti mundū ſuper
nihilum: ⁊ mare colligaſti i aere
quaſi i vtre: omnipotentiſſime
ſanctiſſime fortiſſime deus ſpiri
tuum vniuerſe carnis: a cuius
conſpectu fugit celum ⁊ terra
ad cuius nutum oīa ſe ſubijciūt
elemēta: te adorent ⁊ glorificent
omnes creature tue. Et ego filiꝰ
ancille tue per fidē tuam flecto
ceruicem cordis mei ſub pedi-
bus maieſtatis tue: gratias agēs
quoniam dignatus es per tuā
miſericordiam illuminare me.
Lumen verum: lumen ſanctum
lumen delectabile: lumen admi
rabile: lumē ſuperlaudabile: q̄d
illuminat oēm hominē venien
tem in hunc mundum: ⁊ etiam
oculos angelorum. Ecce video:
gratias ago. Ecce video lumen
celi: interlucet oculis mētis mee
radius deſuper a facie luminis
tui: ⁊ letificat omnia oſſa mea.

O ſi perficeretur in me. Auge queſo luminis auctor. Auge q̄ſo quod iterlucet in me. Dilatetur obſecro: dilatet ex te. Quid ē hoc quod ſentio? quis ē ignis qui calefacit cor meum? que eſt lux que irradiat cor meum? O ignis qui ſemper ardes ⁊ nunquā extingueris: accēde me. O lux que ſemper luces: ⁊ nunquā obfuſcaris illumina me. O vtinam arderem ex te. Ignis ſancte q̄z dulciter ardes: q̄z ſecrete luces: q̄z deſideranter aduris. Ve his qui nō ardent ex te: ve illis qui non illuminantur ex te. O lumen veridicū illuminans oēm mundum: cuius lux implet mundum. Ve cecis oculis q̄ te non vident ſol illuminans celū ⁊ terrā. Ve caligantibus oculis qui te videre non poſſunt. Ve auertentibus oculis vt non videant veritatem. Ve non auertentibus: vt non videant vanitatem. Nequeunt enim oculi aſſueti tenebris: ſumme veritatis radios intueri: nec ſciunt de lumine aliquid extimare quoꝝ eſt in tenebris habitatio. Tenebras vident: tenebras diligunt: tenebras approbāt: de tenebris euntes in tenebras neſciunt vbi corruant. Miſeri qui neſciunt qd̄ amittant: ⁊ miſeriores vtiq̄z qui ſciunt quid amittunt: qui cadūt apertis oculis: ⁊ deſcendunt in infernum viuentes. O lux beatiſſima que nō niſi a puriſſimis oculis videri potes: beati mundo corde: qm̄ ipſi deum videbunt. Mūda me mundans virtus: ſana oculos meos: vt ſanis oculis te contempler: quem nō niſi ſani oculi intuentur. Auſer queſo ſquamas caliginis antique: radio tue illuminationis: ſplendor inacceſſibilis: vt te videre valeaꝫ irreuerberatis obtutibus: ⁊ ilumine tuo videam lumē. Gratias tibi ago lux mea. Ecce video. Dilatetur obſecro viſus meus domine ex te. Reuela oculos meos vt conſiderē mirabilia de lege tua: qui es mirabilis i ſanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum. Ecce video: ſed per ſpeculum in enigmate. Sed quando facie ad faciem? Quando veniet dies leticie ⁊ exultationis: in qua ingrediar in locum tabernaculi admi

rabilis vſqȝ ad domum dei: vt videam videntem me facie ad faciem: ⁊ ſatietur deſiderium meum.

¶ De deſiderio ⁊ ſiti anime in deum.

Capitulum. xxxv.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fōtes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuum: quando veniam ⁊ apparebo ante faciem tuam? O fons vite: vena aquarum viuentium: quando veniam ad aquas dulcedinis tue: de terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa: vt videam virtutem tuam: ⁊ gloriaȝ tuam: ⁊ ſatiem ex aquis miſericordie tue ſitim meam? Sitio domine: fons vite es: ſatia me. Sitio domine: ſitio te deum viuum. O quando veniam ⁊ apparebo domine ante faciem tuam? putaſne videbo diem illaȝ: diem inquā iocunditatis: ⁊ leticie diem quam fecit dominus: vt exultemus: ⁊ letemur in ea. O dies preclara ⁊ pulchra: neſciens veſperum: non habens occaſum: in qua audiam vocem laudis: vocem exultationis et confeſſionis. In qua audiam. Intra in gaudium domini tui. Intra in gaudium ſempiternū: in domum domini dei tui. Ubi ſunt magna ⁊ inſcrutabilia: et mirabilia: quorum non eſt numerus. Intra in gaudium ſine triſticia: quod continet eternam leticiam: vbi erit omne bonum: ⁊ non erit aliquod malum. Ubi erit quicquid voles: ⁊ non erit quicquid noles. Ubi erit vita vitalis: dulcis ⁊ amabilis: ſemperqȝ memorialis. Ubi non erit hoſtis impugnans: nec vlla illecebra: ſed ſumma ⁊ certa ſecuritas: ſecura tranquillitas: ⁊ tranquilla iocunditas: iocunda felicitas: felix eternitas: eterna beatitudo: ⁊ beata trinitas: ⁊ trinitatis vnitas: ⁊ vnitatis deitas: ⁊ deitatis beata viſio: que eſt gaudium domini dei tui. O gaudiū ſuper gaudiū: gaudium vincens omne gaudiū: extra qd

nõn eſt gaudium: quando intra bo in te: vt videam deum meuꝫ qui habitat in te? ibo et videbo viſionem hanc grandeꝫ. Quid eſt quod me detinet? Heu me: q: incolatus meus prolongatus eſt: heu me q̄ꝫdiu dicetur mihi vbi eſt deus tuus: q̄ꝫdiu dicetur mihi expecta reexpecta. Et nũc que eſt expectatio mea? nonne dominus deus meus? Saluatorem expectamus dominum noſtrum ieſum xp̄m: qui reformabit corpus humilitatis noſtre: cõfiguratum corpori claritatis ſue. Expectamus dominum quando reuertatur a nuptijs: vt inducat nos ad ſuas nuptias Veni domine et noli tardare. Veni domine ieſu xp̄e: veni viſitare nos in pace: veni et educ vinctos de carcere: vt letemur coram te corde perfecto. Veni ſaluator noſter: veni deſideratus cunctis gentibus: oſtende faciem tuam et ſalui erim⁹. Veni lux mea redēptor me⁹ educ de carcere animam meam ad confitēdum nomini ſancto tuo. Quãdiu miſer iactabor fluctibus mortalitatis mee: clamans ad te domine: ⁊ non exaudis?

Audi clamantem domine de mari magno: ⁊ adduc me ad portum felicitatis eterne. Felices qui de periculo maris hui⁹ educti: ad te deum portum tutiſſimuꝫ peruenire meruere. O vere felices qui de pelago ad littus: de exilio ad patriam: de carcere ad palatium peruenerunt: optata iam quiete: beati: q brauium illud perpetue glorie: quod hic per multas tribulationes queſierunt iam felici iucunditate adepti: letantur in ꝑpetuum. O vere beati qui iam omnium malorum exuti: ſecuri ꝺ ſua imarceſſibili gloria: ad regnum decoris peruenire meruerunt. O eternum regnum: regnum omnium ſeculoruꝫ: vbi lumen indeficiens ⁊ pax dei q̄ exuperat omnem ſenſuꝫ: in quo ſanctorum anime requieſcunt: ⁊ letitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium ⁊ exultationeꝫ obtinebunt: ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. O q̄ꝫ glorioſum eſt regnum: in quo tecum domine regnant omnes ſancti: amicti lumine ſicut veſtimento: habētes in capite ſuo coronaꝫ de lapide precioſo. O regnum beatitudis ſempiterne:

ſempiterne:vbi tu domīe ſpes
ſanctorum ⁊ diadema glorie: fa
cie ad faciem videris a ſanctis:
letificās eos vndiqȝ in pace tua
que exuperat omnem ſenſum.
Ibi gaudium infinitum: letitia
ſine triſtitia: ſalus ſine dolore.
via ſine labore:lux ſine tenebris
vita ſine morte:omne bonum ſi
ne omni malo. Ubi iuuētus nū
q̄ȝ ſeneſcit: vbi vita terminum
neſcit:vbi decor nūq̄ȝ palleſcit:
vbi amor nūq̄ȝ tepeſcit:vbi ſa-
nitas nūq̄ȝ marceſcit:vbi gaudi
um nunq̄ȝ decreſcit: vbi dolor
nūq̄ȝ ſentitur:vbi gemitus nū-
q̄ȝ auditur:vbi triſte nihil vide
tur:vbi letitia ſemper habetur:
vbi malum nullum timetur:q̄m
ibi ſummum bonum poſſidet:
quod eſt videre ſemper faciem
domini virtutum. Felices igit
qui de naufraga vita preſenti:
ad tanta gaudia iam perueni-
re meruerūt. Infelices heu nos
⁊ miſeri: qui per huius maris
magni fluctus procelloſaſqȝ vo
ragines:nauem trahimus:igno
rantes an ad portum ſalutis p-
uenire valeamus. Infelices in-
quā:quorum vita eſt in exilio:
via in periculo:ni s in dubio:
neſcientes finem noſtrum:quia
omnia in futurum reſeruantur
incerta. Adhuc in pelagi fluctı-
bus verſamur ſuſpirantes ad
te portum maris. O patria no-
ſtra:patria ſecura:a longe te vi
demus. Ab hoc mari te ſaluta
mus:ab hac valle ad te ſuſpira
mus:⁊ nitimur cum lachrymis
ſi quo modo ad te perueniam⁹.
Spes humani generis xp̄e:de
us de deo:refugium noſtrum ⁊
virtus:cuius lumen a longe in-
ter caliginoſas nebulas ſup ma
ris procellas:quaſi ſtelle maris
radius:oculos noſtros irradi-
at:vt dirigamur ad te portum.
Guberna domine nauem no-
ſtram:tua dextera:clauo crucis
tue:ne pereamus in fluctibus:
ne nos demergat tempeſtas aq̄
ne abſorbeat nos profundum:
ſȝ vncino crucis tue trahe nos
ab hoc pelago ad te ſolamē vni
cum noſtrum:quem a longe q̄ſi
ſtellam matutinam ⁊ ſolem iu-
ſticie:vix lachrymantibus ocu-
lis:in littore celeſtis patrie nos
expectantem videmus. En ad
te clamamus redempti tui: ſed
⁊ nunc exules tui:quos precio-
ſo ſanguine redemiſti. Exaudi

ños deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terre ⁊ in mari longe. In mari turbulento verſamur: tu in littore ſtans aſpicis pericula noſtra: ſaluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis domine inter ſcyllam ⁊ carybdim ita tendere per mediũ: vt vtroqꝫ periculo euitato: ſalua naue ⁊ mercibus: ſecuri perueniamus ad portum.

¶ Item de gloria celeſtis patrie. Capitulum. xxxvj.

Cuz ergo peruenerimꝰ ad te ſapientie fontem: ad te lumen indeficiens: ad te lucem inextinguibilem: vt te non iam p ſpeculum in enigmate: ſed facie ad faciem videamus: tunc ſatiabitur in bonis deſiderium noſtrũ quia nihil erit exteriuſ quod deſideretur: niſi tu Domine ſummum bonum. Qui eris premium beatorum: ⁊ diadema decoris eorum: ⁊ letitia ſempiterna ſuper capita eorum: pacificans eos intus ⁊ extra in pace tua q̃ exuperat omnem ſenſum. Ibi videbimus: amabimus: ⁊ laudabimus. Uidebimus in lumine tuo lumen tuuz: qm̃ apud te eſt fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Quale autem lumen? lumen immenſum: lumẽ incorporeum: incorruptibile: incomprehenſibile: lumen indeficiens: lumen inextinguibile: lumen inacceſſibile: lumen inacertum: lumen veridicum: lumen diuinum: quod illuminat oculos angelorum: quod letificat iuuentutem ſanctorum: quod eſt lumen luminuz: ⁊ fons vite: qḋ es tu domine deus meus. Tu es quippe lumen: in cuius lumine videbimus lumẽ: te ſcʒ in te: ſplendore vultus tui: quando te videbimus facie ad faciem.

Quid eſt videre facie ad faciẽ niſi: quod ait apoſtolus. Cognoſcere ſicut et cognitus ſum cognoſcere veritatem tuaʒ et gloriã tuam: hoc eſt cognoſcere faciem tuam: cognoſcere patris potentiam. Filij ſapientiaʒ. Spiritusſancti clementiam. Ipſius ſumme trinitatis vnam ⁊ indiuiduam eſſentiam. Uidere eni faciem dei viui: hoc eſt ſummũ bonum: gaudium angeloruʒ atqꝫ omnium ſanctorum. Premi

um vite eterne. Gloria ſpiritu-
um. Letitia ſempiterna. Coro-
na decoris. Brauium felicita-
tis. Requies opulenta. Pul-
chritudo pacis. Intimum ⁊ ex-
ternum gaudium. Paradiſus
dei. Hieruſalem celeſtis. Uita
beata. Plenitudo beatitudinis
gaudium eternitatis: pax dei
que exuperat omnem ſenſum.
Hec eſt plena beatitudo: ⁊ to-
ta glorificatio hominis: videre
faciem dei ſui: videre eum qui
fecit celum ⁊ terram: videre eũ
qui fecit eum: qui ſaluauit eum:
⁊ qui glorificauit eum. Uide-
bit eum cognoſcendo: amabit
diligendo: laudabit poſſidendo
Ipſe enim erit hereditas popu
li ſui: populi ſanctorum: populi
quem redemit. Ipſe poſſeſſio
felicitatis eorum: ipſe premium
⁊ merces expectationis. Ero i-
quit merces tua magna nimis.
Magnum enim magna decẽt.
Uere domine deus meus ma
gnus es tu nimis ſuper omnes
deos: ⁊ merces tua magna ni-
mis. Neq3 enim magnus es tu
⁊ parua merces tua: quoniam
non illud es tu: ⁊ aliud merces
tua. Sed tuipſe magnus nimis
tuipſe merc̃eo magna nimis: tu
ipſe coronator es ⁊ corona: tuip
ſe promiſſor es ⁊ promiſſio: tu
remunerator ⁊ munus: tu pre-
miator ⁊ premiũ felicitatis eter
ne. Tu ergo coronator es ⁊ co-
rona deus meus: ⁊ diadema
ſpei mee que ornata eſt gloria:
lumen letificans: lux renouans:
decor adornans: ſpes mea ma-
gna: deſiderium cordis ſancto-
rum: ⁊ deſideratus eorum. Ui-
ſio ergo tua tota merces eſt: to
tum premium ⁊ totum gaudiũ
quod expectamus. Hec eſt enĩ
vita eterna. Hec eſt inquã ſapi
entia tua. Hec eſt vita eterna vt
cognoſcamus te ſolum verum
deum: ⁊ quem miſiſti ieſu3 chri
ſtum. Cu3 igitur videbimus te
ſolum deum: deum verum: de-
um viuum: omnipotentem: ſim
plicem: inuiſibilem: incircunſcri
ptibilem: incomprehenſibilem:
⁊ filium tuum vnigenitum: con
ſubſtantialem ⁊ coeternum tibi
dominum noſtrum ieſum chri-
ſtum: quẽ pro ſalute nr̃a miſiſti
in mũdũ in ỽtute ſpũſſancti: tri
nũ in pſõis ⁊ vnũ in c̄e̅ntia deũ
ſcim ſolũ: ex̃ quẽ nõ ẽ de⁹: tunc
habebimus qd̃ nũc ꝑtim⁹: vitã

eternam: gloriam ſempiternaʒ: quaʒ preparaſti diligentibus te: quā abſcondiſti timentibus te: quā daturus es querentibꝰ te: querentibus faciem ſemper. Et tu domine deus meus: formator meus ex vtero matris mee: que me recommendauit manui tue: nō me permittas amplius ex vno diſtrahi in multa: ſed collige me de exterioribus ad me: de me: ad te: vt dicat tibi ſemꝑ cor meum: exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram: faciem domini virtutum: in qua ſola conſiſtit tota gloria ſempiterna beatorum. Quam quidem videre vita eterna eſt: ⁊ gloria ſempiterna ſanctorum. Letetur ergo cor meuʒ vt timeat nomen tuum: letetur cor querentium dominū: ſed multo magis cor inuenientium. Si enim letitia eſt in querendo: qualis letitia erit inueniendo? Queram ergo ſemper ardenter ⁊ indeſinenter faciem tuam: ſi quando tandem aperiatur mihi oſtium ⁊ porta iuſtitie: vt intrem in gaudium domini mei. Hec porta domini: iuſti ingredientur ꝑ eā.

¶ Oratio ad ſanctam trinitatē.

Capitulum. xxxvij.

O Tres coequales ⁊ coeterne perſone: deꝰ vnus ⁊ verus: pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: q ſolus habitas eternitatem ⁊ lucem inacceſſibilem. Qui fūdaſti terram in potentia tua: ⁊ regis orbem terre prudentia tua. Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth. Terribilis ⁊ fortis: iuſtus ⁊ miſericors: admirabilis laudabilis amabilis. Unus deus: tres perſone: vna potentia ſapientia bonitas: vna ⁊ indiuiſa trinitas. Aperi mihi clamanti portas iuſtitie: ⁊ igreſſus in eas confitebor tibi domino. En ad oſtium tuum ſumme paterfamilias mendicus pulſo. Jube apiri pulſanti qui dixiſti: pulſate ⁊ aperiet vobis. Pulſant enim ad officium tuum pater miſericordiſſime deſideria rugientium precordiorum meorum: ⁊ clamores lachrymarum oculorum meorum. Ante te eſt omne deſiderium meum: ⁊ gemitus meus a te nō eſt abſconditus. Et tu domine: non auer-

faciem tuam amplius a me: nec
declines in ira a ſeruo tuo. Pa
ter miſericordiarum audi eiula
tum pupilli tui: ⁊ porrige manuꝫ
tuam optimam adiutricem: vt
extrahat me de profundis aq̄
rum: ⁊ de lacu fecis: ne peream
vidente miſericordia oculorum
tuorū: aſpiciente clementia viſce
ruꝫ tuorum: ſed euadaꝫ ad te do
minuꝫ deuꝫ meuꝫ: vt videaꝫ di
uitias regni tui: ⁊ intuear faciē
tuaꝫ ſemper ⁊ laudem dicaꝫ no
mini tuo ſancto. Domine qui fa
cis mirabilia: qui cor meum le-
tum facis memoria tua: qui illu
minas iuuentuteꝫ meam: ne de
ſpicias ſenectutem meaꝫ: ſed iu
bilare facias oſſa mea: ⁊ reui-
uiſcere facias: vt aquile canos
meos.

¶ Finis Soliloquiorum ani-
me ad deum Diui Auguſtini
epiſcopi Hipponenſis.

¶ Diui Auguſtini epi Hippo
nenſis. Manuale de verbo dei
quo ſopita celeſtis deſiderij me
moria renouetur.

Quo
niam in
medio la
queorū
poſiti ſu
mus fa-
cile a ce
leſti deſi
derio frigeſcim⁹. Quapropter
aſſiduo indigemus munimēto:
expergefacti ad deum noſtrum
verum ⁊ ſummū bonum cū de
fluimus recurramus. Idcirco
non preſumptionis temeritate
ſed magna dei mei dilectione:
huic opuſculo ad laudem eius
operam dedi: vt ex elongantio-
ribus dictis ſanctorum patruꝫ
breue ⁊ manuale verbum: de
deo meo mecum ſemper habe
rem: ex cuius lectionis igne: quo
tiens tepeſco in eius accendar
amorem. Nunc adeſto mihi de
us meus: quem quero: queꝫ di
ligo: queꝫ corde ⁊ ore: ⁊ qua va
leo virtute laudo atqꝫ adoro.
Mens mea deuota tibi: tuo a-
more ſuccenſa: tibi ſuſpirans: ti-
bi inhians: te ſolum videre de
ſiderans: nihil habet dulce niſi
de te loqui: de te audire: de te

ſcribere:de te cōferre : tuam gloriaꝫ frequenter ſub corde re uoluere:vt tua ſuauis memoria ſit inter hos turbines aliqua re pauſatio mea. Te ergo inuoco deſiderātiſſime:ad te clamo clamore magno iñ toto corde meo Et cuꝫ te inuoco:vtiqꝫ te in me ipſo inuoco : quoniam omnino non eſſem niſi tu eſſes in me:⁊ niſi ego eſſem in te:non eſſes i me. In me es quoniam in memoria mea manes:ex ea cognoui te:⁊ in ea inuenio te:cum reminiſcor tui:⁊ delector in te de te:ex quo omnia : per quē omnia:⁊ iñ quo omnia.

¶ De mirabili eſſētia dei.

Capitulum. primuꝫ.

TU domine celum ⁊ terrā iples:omnia portans ſine onere : omnia implens ſine incluſione. Semper agens:ſemper quietus. Colligens:⁊ non agens. Querens:cum nihil deſit tibi. Amans nec eſtuans:zelās:⁊ ſecurus es. Penitet te ⁊ non doles. Iraſceris ⁊ tranquillus es Opera mutas : ſed non mutas conſilium. Recipis quod inuenis:⁊ nunqꝫ amiſit. Nunqꝫ inops:⁊ gaudes lucris. Nunqꝫ auarus:⁊ vſuras exigis. Supererrogatur tibi vt debeas:⁊ quis habet quicqꝫ non tuum? Reddis debita nulli debens. Donas debita:nihil perdens. Qui vbiqꝫ es : ⁊ vbiqꝫ totus: qui ſentiri potes:⁊ videri non potes:qui nuſqꝫ dees:⁊ tamen ab iniquorum cogitationibꝰ longe es : qui nec ibi dees vbi longe es:q: vbi non es per gratiaꝫ ades per vindictam. Qui vbiqꝫ preſens es:⁊ vix inueniri potes. Quem ſtantem ſequimur : ⁊ apprehendere non valemus. Qui tenes omnia:imples omnia:circūplecteris omnia:ſupercedis omnia:ſuſtines omnia. Qui corda fidelium doces ſine ſtrepitu verborum. Qui locis non diſtenderis:nec temporibus variaris: nec habes acceſſus ⁊ receſſus. Qui habitas lucem inacceſſibilem : quā nullus hominum vidit:nec videre poteſt. In te manens quietus : vbiqꝫ circuis totum. Non eniꝫ ſcindi ⁊ diuidi potes:quia vere vnus es:nec in partes efficeris

ſed totus totum tenẽs: totuꝫ im
ples totũ: illuſtras: ⁊ poſſides.
¶ De indicibili ſcientia dei.

Capitulum: ij.

SJ totum
munduꝫ libri re
plean: tua ſciẽtia
ienarrabilis nõ
poteſt enarrari. Quã vero indici
bilis es: nullo modo ſcribi pote
ris nec concludi. Tu es fons lu
cis diuine: ⁊ ſol claritatis eter=
ne. Magnus es ſine q̃ꝫtitate: ⁊
ideo imenſus. Bonus ſine qua
litate: ⁊ ideo vere ⁊ ſũme bon⁹
⁊ nemo bon⁹ niſi tu ſolus. Cu
ius voluntas opus eſt: cui⁹ vel=
le poſſe eſt. Qui omnia que ex
nihilo creaſti: ſola voluntate fe
ciſti: Qui oẽm creaturam tuaꝫ
abſqꝫ indigentia aliqua poſſi=
des: ⁊ ſine labore gubernas: et
abſqꝫ tedio regis ⁊ nihil eſt qđ
conturbet ordinem imperij tui:
vel in ſũmis vel in imis. Qui
in oibus locis ſine lucro habe=
ris ⁊ oia ꝯtinens ſine ambitu: ⁊
vbiqꝫ preſens es ſine ſitu ⁊ mo
tu. Qui nec mali actor es: quod
facere nõ potes. Qui nihil non
potes: nec vnq̃ꝫ quicq̃ꝫ te feciſ
ſe penituit. Cuius bonitate facti
ſumus: ⁊ iuſtitia penas luimus:
⁊ clementia liberamur. Cuius
omnipotentia omnia gubernat
regit: ⁊ iplet: que creauit. Nec
ideo te implere oia dicimus: vt
te contineant: ſed ipſa potius a
te contineantur: nec particulati
imples omnia: nec vllatenus ita
putandum eſt: vt vnaqueqꝫ res
pro magnitudine ſue portionis
capiat te: ideſt maxima maius:
minima minus: dum ſis potius
ipſe totus in omnibus: ⁊ omnia
in te. Cuius omnipotentia om=
nia concludit: nec euadendi po
tentiam tuam quis aditum in=
uenire poterit. Qui eniꝫ te nõ
habet placatum: nequaq̃ꝫ eua=
det iratum.

¶ De deſiderio anime ſentien
tis deum.

Capitulum. iij.

TE igitur
clemẽtiſſime de
us inuoco in aiaꝫ
meã: quã prepa=
ras ad capiẽdũ te: ex deſiderio
qđ iſpiras ei. Intra rogo in eã
⁊ coapta eã tibi: vt poſſideas il
lã quã feciſti ⁊ refeciſti: vt hẽaꝫ

te velut ſignaculū ſuper cor me
um. Queſo pijſſime: inuocantē
te nō deſeras: q: priuſquā te iuo
carē: me vocaſti ⁊ q̄ſiſti: vt ego
ſeruus tuus te quererē: queren
do inuenirē: ⁊ inuentū amarē:
Queſiui ⁊ iueni te dn̄e: ⁊ ama
re deſidero. Auge deſiderium
meū: ⁊ da quod peto: quoniā ſi
cuncta que feciſti mihi dederis:
nō ſufficit ſeruo tuo: niſi teipm
dederis. Da ergo teipſuꝫ mihi
deus meus: redde te mihi. En
amo te: ⁊ ſi parū eſt amem vali⸗
dius. Tuo ergo amore teneor:
tuo deſiderio flagro: tua dulci
memoria delector. Ecce dn̄ tibi
mens mea ſuſpirat: ⁊ tuā ineffa
bilē pietateꝫ meditatur: ipſa car
nis ſarcina minus grauat: cogi⸗
tationū tumultus ceſſat: pondus
mortalitatis ⁊ miſeriaꝝ more ſo
lito non hebetat. Silent cuncta:
tranquilla ſunt oīa. Cor ardet.
Aius gaudet. Memoria uiget.
Intellectus lucet: ⁊ totus ſpiri⸗
tus ex deſiderio viſionis tue ac
cenſus: inuiſibiliū amore rapi ſe
videt. Aſſumat ſpiritus meus
pennas vt aquile: volet ⁊ nō de
ficiat: volet ⁊ perueniat vſqꝫ ad
decoreꝫ domus tue: ⁊ thronum
glorie tue: ⁊ ibi ſuper menſaꝫ re
fectionis ciuiū ſupernorū paſca
tur de occultis tuis: in loco pa⸗
ſcue iuxta fluēta pleniſſima. Tu
eſto exultatio noſtra qui es ſpes
noſtra: ſalus atqꝫ redēptio. Tu
eſto noſtruꝫ gaudiuꝫ qui es fu⸗
turuꝫ premiū. Te ſēper querat
aīa mea: ⁊ tu preſta vt queren⸗
do non deficiat.

¶ De miſeria aīe que dn̄ꝫ no⸗
ſtrū ieſuꝫ chriſtuꝫ non amat nec
querit. Cap. iiij.

VE miſere
aīe: que xp̄ꝫ non
querit nec amat:
arida manet ⁊ mi
ſera. Perdit quod viuit: qui te
deū non diligit. Qui curat viue
re non ꝓpter te dn̄e: nihil eſt et
pro nihilo eſt. Qui tibi viuere
recuſat: mortuus ē. Qui tibi nō
ſapit: deſipit. Miſericordiſſime
tibi me cōmēdo: reddo: ⁊ conce
do: per quē ſuꝫ viuo ⁊ ſapio. In
te confido: ſpero: ⁊ totā ſpē meā
pono: per quē reſurgaꝫ: viuā: ⁊
requeſcā. Te cupio diligo ⁊ ado
ro: cū quo manebo regnabo: et
beatus ero. Aia que te non que
rit: nec diligit: mūdū diligit: pec⸗

catis ſeruit: ⁊ vitijs ſubiecta eſt: nunq̄ quieta: nunq̄ ſecura eſt. Famuletur tibi ſemper mens mea pyiſſime. Suſpiret tibi ſēper peregrinatio mea. Ardeat in amore tuo cor meū. Requieſcat in te deus meꝰ aīa mea: contēpletur te in mētis exceſſu: cantet laudes tuas in iubilatione: ⁊ hec ſit in hoc exilio meo: conſolatio mea. Cōfugiat mens mea ſub vmbra alarum tuarum: ab eſtibus cogitationum ſeculi huius. Repauſet in te cor meum: cor mare magnum tumens fluctibus. O diues oīum bonorū dapum ſuperne ſaciatatis opulentiſſime largitor deus: da laſſo cibum: collige diſperſum: libera captiuum: ⁊ reintegra ſciſſū. En ſtat ad oſtium ⁊ pulſat. Obſecro per viſcera miſericordie tue: quibus viſitaſti nos oriens ex alto: iube pulſanti miſero aperiri: vt liberis greſſibus ingrediatur ad te: ⁊ requieſcat in te: ⁊ reficiatur de te pane celeſti. Tu enim es panis ⁊ fons vite: tu lumen claritatis eterne: tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te.

¶ De deſiderio anime.

## Capitulum. v.

Deus lumen cordium te videntium: ⁊ vita animarum te amantium: ⁊ virtus cogitationū te querentium: da vt ſancto tuo amori inhereā. Veni rogo in cor meum: ⁊ ab vbertate voluptatis tue inebria illud vt obliuiſcar iſta temporalia. Pudet ac piget me talia pati: qualia mundus iſte agit. Triſte eſt mihi q̄d video: graue eſt omne quod de trāſitorijs audio. Adiuua me domine deus meus: ⁊ da leticiam in corde meo: veni ad me vt videam te. Sed anguſta eſt mihi domus anime mee: qua venias ad eam dilatetur a te. Ruinoſa eſt refice eam. Habet plurima que offendant oculos tuos: fateor ⁊ ſcio: ſed quis mundabit eam: aut cui alteri preter te clamabo? Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Fac me dulcis xpe bone ieſu: fac me rogo: amore ⁊ deſiderio tuo deponere onus carnalium deſideriorum: ⁊ terrenarum concupiſcentiarum.

Dominetur carni anima: aīe ratio: rationi gratia tua: ⁊ tue me interius ⁊ exterius ſubde voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum: ⁊ lingua mea ⁊ oīa oſſa mea. Dilata mentem meaꝫ ⁊ attolle intuitum cordis mei: vt vel rapida cogitatione ſpiritus meus attingat te eternam ſapiētiam ſuper omnia manentem. Diſſolue me oro a vinculis q̄bus conſtrictus teneor: vt relinquens omnia iſta: tibi feſtinem: tibi ſoli inheream: tibi ſoli intendam.

## De felicitate aīe a terreno carcere reſolute.

### Capitulum. vj.

Felix anima que terreno reſoluta carcere libera celum petit: que te dulciſſimum dn̄m facie ad faciem cernit: que nullo metu mortis afficitur: ſed de incorruptiōe perpetue glorie letatur. Tranquilla eſt ⁊ ſecura: iam nō timet hoſtem nec mortem. Habet iaꝫ te pium dominum quē diu queſiuit: ſemperqꝫ amauit: hymnidicis ſociata choris: melliflua perpetue feſtiuitatis carmīa ad laudem glorie tue rex chriſte: bone ieſu: in eternum concinit. Inebriatur enim ab vbertate dom⁹ tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potas eam. Felix ſocietas ſupernorum ciuiuꝫ: ⁊ glorioſa ſolēnitas omnium ad te redeuntium: ab huius noſtre peregrinatiōis triſti labore: amenitate pulchritudinis: formoſitatem totius ſplēdoris: atqꝫ dignitatem totius elegātie: vbi te iugiter domine tui ciues cernunt. Nihil omnino qđ conturbet mentem ibidem auribus datur. Que cantica? que organa? que cantilene? que melodie ibi ſine fine decantant? Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum organa: ſuauiſſima angelorum melodia: cantica canticorum mira: que ad laudem ⁊ gloriam tuam a ſupernis ciuib⁹ decantātur. Amaritudo: ⁊ omnis fellis aſperitas in regione tua: locum non habent. Non enim eſt ibi malus neqꝫ malicia. Nō eſt aduerſarius ⁊ impugnans. Nec eſt vlla peccati illecebra. Nulla eſt ibi indigentia: dedecus nullum: rixa nulla: nullū im

properium: cauſatio nulla: nul-
lus timor: nulla inquietudo: nul
la pena: nulla dubietas: nulla vio
lentia: nulla diſcordia: ſed eſt ibi
pax ſumma: charitas plena: iu-
bilatio ⁊ laus dei eterna: ſine fi-
ne ſecura requies: ⁊ gaudiū ſem
per in ſpiritu ſancto. O q̄z for-
tunatus ero ſi audiuero iocun-
diſſimas ciuium tuorum cantile
nas: carmina melliflua: laudes
ſumme trinitati debito honore
promentia. Sed ⁊ nimium fe-
lix ſi ego ipſe meruero cantare
canticum domino Jeſu chriſto:
de dulcibus canticis ſyon.

## ¶ De gaudio paradiſi. Capitulum. vij.

o Vita vita
lis: vita ſempiter-
na: ⁊ ſempiterne
beata: vbi gaudi-
um ſine merore. Requies ſine
labore. Dignitas ſine tremore.
Opes ſine amiſſione. Sanitas
ſine languore. Abundantia ſine
defectione Vita ſine morte.
Perpetuitas ſine corruptione.
Beatitudo ſine calamitate.
Ubi omnia bona in charitate
perfecta. Ubi ſpecies et viſio
facie ad faciem. Ubi plena ſcien
tia in omnibus ⁊ per omnia.
Ubi ſumma dei bonitas cerni-
tur: ⁊ lumen illuminans a ſan-
ctis glorificatur. Ubi preſens
maieſtas dei conſpicitur: ⁊ hoc
vite cibo ſine defectu mens in-
tuentium ſatiatur. Uident ſem-
per: ⁊ videre deſiderant: ſine
anxietate deſiderant: et ſine fa-
ſtidio ſatiantur. Ubi verus ſol
iuſticie: mira ſue pulchritudi-
nis viſione omnes reficit: ⁊ ita
vniuerſos celeſtis patrie ciues
illuminat: vt luceant ipſi: lumen
vident illuminatum per deum:
lumen illuminans vltra om-
nem ſolis noſtri ſplendorem:
atq̄z cunctarum ſtellarum cla-
ritatem. Immortali adheren-
tes deitati: ac per hoc immor-
tales et incorruptibiles facti:
iuxta promiſſionem domini ſal-
uatoris. Pater quos dediſti
mihi: volo vt ibi ego ſum: et
illi ſint mecum: vt videant cla-
ritatem meam: et omnes vnum
ſint: ſicut tu pater in me: ⁊ ego
in te: et ipſi in nobis vnum
ſint.

¶ De regno celorum.
Capitulum. viij.

REgnum celorum: regnū felicissimum: regnum carēs morte ⁊ vacans fine: cui nulla tēpora succedunt per euum: vbi cōtinuus sine nocte dies nescit habere tempus: vbi victor miles post laborem: donis ineffabilibus cumulatur: nobile ꝑpetua caput amplectente corona. Utinam remissa peccatorum mole: me vltimū seruorum christi: iuberet diuina pietas hanc carnis sarcinam deponere: vt in sue ciuitatis gaudia eterna repausandus transirem: sanctissimis supnorū choris interessem: cū beatissimis spiritibus glorie conditoris assisterem: presentē dei vultum cernerem: nullo mortis metu tangerer: de perpetue imortalitatis incorruptione secur⁹ gauderem: ⁊ scienti omnia coniunctus: oēm ignorantie cecitatem amitterem: terrena cuncta pui penderem: conuallē lachrymarum istam intueri vel reminisci vlterius non dignarer: vbi vita laboriosa: vita corruptibilis: vita omni amaritudine plena: vita domina malorum: ancilla infernorum. Quā humores tumidant: dolores extenuant: ardores exsiccant: aera morbidant. Esce inflant: ieiunia macerant. Joci soluunt: tristicie consumūt. Sollicitudo coarctat: securitas hebetat. Diuitie iactāt: paupertas deycit. Juuentus extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit. Meror deprimit. Diabolus insidiatur: mundus adulaꝛ: caro delectatur: anima excecaꝛ: totus homo cōturbatur. Et his tot ⁊ tantis malis mors furibunda succedit: vanisq; gaudijs ita finem imponit: vt cum esse desierint: nec fuisse putentur.

¶ Post nimios ploratus mestam animam consolatur deus.
Capitulum. ix.

SEd quas laudes quasue gratiarū actiōes tibi referre valeamus deus noster: q nos etiā inter has tantas mortalitatis nostre erūnas non desinis consola

ri mira viſitatiõe gratie tue? Ec
ce me miſerum multis merori-
bus plenum: dum vite mee finē
timeo: dum peccata mea cõſide
ro: dum iudicium tuum formi-
do: dum mortis horam cogito:
duꝫ ſupplicia tartari horreo: dū
opera mea qua diſtrictione et
diſcuſſione a te penſentur igno-
ro: dum quo fine illa clauſurus
ſim penitus neſcio: dūqꝫ hec et
alia multa mecū ſub corde retra
cto: conſolaturus ades ſolita pie
tate dñe deus: ⁊ inter has que-
relas nimioſqꝫ ploratus ac pro-
funda cordis ſuſpiria: aſſumis
meſtam ⁊ anxiam menteꝫ ſuper
alta iuga montium: ad areolas
vſqꝫ aromatum: ⁊ collocas me
in loco paſcue ſecus riuulos dul
cium aquaꝝ: vbi preparas i cõ-
ſpectu meo menſam multiplicis
apparatus: que fatigatum ſpiri
tuꝫ repauſet: ⁊ cor triſte letificet:
quibus tandē refocillatus deli-
tijs: multarum miſeriarū meaꝝ
oblitus: leuatus ſuper altitudi-
nem terre: in te vera pace quie-
ſco.

¶ De dulcedīe diuini amoris.

Capitulum. x.

Amo te
deus meus: amo
te: ⁊ magis atqꝫ
magis amare vo
lo. Da mihi domine deus meꝰ:
ſpecioſe pre filijs hominū: vt de
ſiderem te: vt amē te: quantum
volo ⁊ quantum debeo. Immē
ſus es: ⁊ ſine menſura debes a-
mari: ꝑſertim a nobis: quos ſic
amaſti: ſic ſaluaſti: pro quibꝰ tan
ta ⁊ talia feciſti. O amor q ſem
per ardes ⁊ nunqꝫ extingueris
dulcis xpe: bone Ieſu: charitas
deus meus: accende me totum
igne tuo: amore tuo: dulcedine
tua: dilectione tua: deſiderio tuo
charitate tua: iocūditate ⁊ exul-
tatione tua: pietate ⁊ ſuauitate
tua: voluptate ⁊ concupiſcentia
tua: que ſancta eſt ⁊ bona: que
caſta eſt ⁊ munda: vt totus dul-
cedine amoris tui plenus: totus
flamma tue charitatis vapora-
tus: diligam te dñm meum dul-
ciſſimuꝫ ⁊ pulcherrimum ex to
to corde meo: ex tota aīa mea:
ex totis viribus meis: ⁊ ex oī in
tentione mea: cum multa cordis
contritione ⁊ lachrymaruꝫ fon-
te: cum multa reuerentia ⁊ tre-

more:habens te in corde ⁊ i ore
⁊ pre oculis meis ſemp: ⁊ vbiqꝫ
ita vt nullus in me adulterinis
amoribus pateat locus.

¶ De preparatione noſtre re-
demptionis. Cap. xj.

Pulcher-
rime Ieſu xp̄e:
rogo te per illaꝫ
ſacratiſſimam ef
fuſionem precioſi ſanguinis tui:
quo redempti ſumus: da mihi
cordis contritioneꝫ ⁊ lachryma
rum fontem: precipue dum pre
ces ⁊ orationes tibi offero. Dū
tue laudis tibi pſalmodiam de-
canto: dum miſterium noſtre re
demptionis: mannifeſtum miſe
ricordie tue indiciuꝫ recolo vel
profero. Dum ſacris altaribus
licet indignus aſſiſto: cupiens ti
bi offerre illud mirabile ⁊ cele-
ſte ſacrificium: omni reuerentia
⁊ deuotione dignum: qḋ tu dn̄e
deus meus ſacerdos immacula
te inſtituiſti ⁊ offerre precepiſti:
in cōmemorationem tue chari-
tatis: mortis. ſ. ⁊ paſſionis: ꝑ ſa-
lute noſtra: pro quotidiana no-
ſtre fragilitatis reparatiōe. Cō-
firmetur mens mea inter tanta
miſteria dulcedine preſentie tue
ſentiat te ſibi adeſſe: ⁊ letetur co
ram te. Ignis qui ſemper luces
amor: qui ſemper ardes: dulcis
xp̄e: bone ieſu: lumen eternuꝫ et
indeficiens: panis vite: qui nos
reficis: ⁊ in te non deficis: quoti
die comederis: ⁊ ſemper integer
manes: reſplende mihi: accende
me: illumina ⁊ ſanctifica vas tu
um. De malicia euacua. Imple
de gratia: ⁊ plenum cōſerua: vt
ad ſalutem aīe mee manducem
cibum carnis tue: quaten⁹ man
ducando te: viuam de te: viuam
per te: ꝑueniam ad te: ⁊ repau-
ſem in te.

¶ De gaudio. Cap. xij.

Dulcedo
o amoris: ⁊ amor dul
cedinis: comedat
te venter meus: et
nectare tui amoris: repleant vi-
ſcera mea: vt eructet mens mea
verbum bonum. Charitas de⁹
meus: mel dulce: lac iuuenum: ci
bus eo grandium: fac me creſce
re i te: vt ſano palato poſſis mā
ducari a me. Tu es vita mea: q̄
viuo: ſpes cui inhereo: gloria quā
adipiſci deſidero. Tu mihi cor

terne: mentem rege: intellectũ dirige: amorẽ erige: aium ſuſpẽde ⁊ in ſupna fluenta os ſitientis te ſpũs trahe. Taceat queſo tumultus carnis. Conticeſcant fantaſie terraꝝ ⁊ aquaruꝫ aeris ⁊ poli. Taceant ſomnia ⁊ imaginarie reuelationes: oĩs lingua: oẽ ſignum: ⁊ quicquid tranſeundo fit. Sileat ſibi ⁊ ipſa anima: et tranſeat ſe: non cogitando ſe: ꝫ te deus meus: quoniã tu es reuera tota ſpes ⁊ fiducia mea.

Eſt enim in te deo ⁊ dño noſtro Jeſu xpo: dulciſſimo ⁊ benigniſſimo atqꝫ clementiſſimo: vniuſcuiuſqꝫ noſtrum ⁊ portio ⁊ ſanguis ⁊ caro. Ubi ergo portio mea regnat: ibi regnare me credo. Ubi ſanguis meus dominatur: ibi dominari me cõfido: vbi caro mea glorificatur: ibi glorioſiſſime eſſe cognoſco. Quanuis peccator ſim: de hac tamen cõione gratie non diffido. Et ſi peccata mea me prohibẽt: ſubſtantia me requirit. Et ſi delicta propria me excludũt: nature cõmunio non repellit.

¶ Uerbum incarnatum ẽ cauſa ſpei noſtre. Capitulum. xiij.

NOn enim tam inimicus eſt dño: vt non diligat carnem ſuam membra ſua ⁊ viſcera ſua. Deſperare vtiqꝫ potuiſſem ꝑpter nimia peccata mea ⁊ vicia: culpas ⁊ infinitas negligentias meas quas egi: et quotidie indeſinenter ago corde: ore: et opere: ⁊ in omnibus modis quibꝰ humana fragilitas peccare poteſt: niſi verbum tuum deus meus caro fieret ⁊ habitaret in nobis Sed deſperare iam non audeo quoniam ſubditus ille tibi vſqꝫ ad mortem: mortem autẽ crucis tulit chyrographum peccatorũ noſtrorum: ⁊ affigens illud cruci peccatum crucifixit ⁊ morteꝫ. In ipſo autem ſecurus reſpiro: qui ſedet ad dexteram tuã: et interpellat pro nobis. In ipſo confiſus ad te peruenire deſidero: in quo iam reſurreximus et reuiximus: iam in celum conſcendimus: ⁊ in celeſtibus conſedemus. Tibi laus: tibi gloria: tibi honor: tibi gratiarum actio.

¶ Quanto maior ẽ de deo meditatio: tãto dulcior. Cap. xiiij.

Piiſſime domine: qui ſic nos amaſti ꝛ ſaluaſti: ſic viuificaſti ꝛ ſublimaſti. Piiſſime Domine: quã dulcis eſt memoria tua: quanto magis in te meditor: tanto es mihi dulcior ꝛ amabilior. Jdcirco delectãt me valde bona tua: puro mentis intuitu: ꝛ dulciſſimo pij amoris affectu in loco peregrinationis mee: iuxta modulū meum: interim q̄diu his fragilibus ſubſiſto mēbris conſiderare. Tue enī charitatis iaculo vulneratus ſum: tuo vehementer deſiderio flagro: ad te peruenire cupio: te videre deſidero. Jdcirco ſup̄ cuſtodiam meam ſtabo: ꝛ vigilantibus oculis pſallam ſpū: pſallam ꝛ mente: ꝛ totis virib⁹ meis: te factorem ꝛ refectorē meum collaudabo: polum penetrabo mente: ꝛ deſiderio tecū ero Et in preſenti quidem miſeria ſolo corpore tenear: tecum autē cogitatione ꝛ auiditate atq; omni deſiderio ſim ſemper: quatenus ibi ſit cor meum: vbi tu es theſaurus meus deſiderabilis incomparabilis multūq; amabilis. Sed ecce deus meus piiſſime ac miſericordiſſime: dū tue imenſe bonitatis ꝛ pietatꝭ gloriam conſiderare volo: cor meum non ſufficit: expedit enī omnem ſenſū humane mentis tuum decus: tua pulchritudo: tua virtus: tua gloria: tua magnificentia: tua maieſtas: ꝛ tua charitas. Sicut inextimabilis eſt tue glorie ſplendor: ita ineffabilis ē eterne tue charitatꝭ benignitas: qua illos quos de nihilo creaſti adoptas in filios ꝛ tibi coniugis.

¶ Deſiderande ſunt pro xpo tribulationes in hac vita. Capitulum. xv.

O Anima mea: ſi quotidie oportēt nos tormenta perferre: ſi ipſam gehennam longo tempore tollerare: vt xpm in gloria ſua videre poſſimus: ꝛ ſanctis eius ſociari: nonne dignū eſſet pati omne quod triſte eſt: vt tanti boni tanteq; glorie particeps haberemur? Inſidientur ergo demones. Parent ſuas tentationes. Frangant corpus ieiunia. Premãt

nia. Pꝛemant veſtimenta: La-
boꝛes grauent. Vigilie exiccét.
Clament in me iſte: Inquietet
me ille: vel ille. Frigus incuruet
Conſcientia murmuret. Caloꝛ
vrat. Caput doleat. Pectus ar
deat. Infletur ſtomachus: Pal
leſcat vultus: infirmetur totus.
Deficiat in doloꝛe vita mea: ⁊
anni mei in gemitibus: ingre-
diatur putredo in oſſibus me-
is ⁊ ſubter me ſcateat: vt requie
ſcam in die tribulationis: ⁊ aſcé
dam ad populum accinctuꝫ no
ſtrum. Que enim erit iuſtoꝛuꝫ
gloꝛia? quam grandis ſanctoꝛuꝫ
letitia? cum vnaqueqꝫ facies ful
gebit: vt ſol: cum oꝛdinibus di-
ſtinctis populum ſuum domi-
nus in regno patris ſui ceperit
recenſere: ⁊ meritis atqꝫ operi
bus ſinguloꝛum pꝛomiſſa pꝛe-
mia reſtituet: pꝛo terrenis cele-
ſtia: pꝛo tempoꝛalibus ſempiter
na: pꝛo modicis magna. Reue
ra cumulus felicitatis erit: cum
dominus adducet ſanctos ſuos
in viſione paterne gloꝛie: ⁊ fa-
ciet in celeſtibus cóſidere vt ſit
deus omnia in omnibus.

¶ Quomodo regnum celoꝛuꝫ
poſſit acquiri. Cap. xvi.

Felix iucū-
ditas: ⁊ iucunda fe-
licitas: ſanctos vide
re: cum ſanctis eſſe: ⁊ eſſe ſan-
ctum: deum videre ⁊ deuꝫ ha-
bere in eternum ⁊ vltra. Hec
ſedula mente cogitemus: hec to
to deſiderio deſiderem⁹: vt ad
eos cito peruenire valeamus.
Si queras quomō iſtud poteſt
fieri: vel quibus meritis: quib⁹
ue auxilijs? Audi. Res iſta po
ſita eſt in poteſtate faciétis: quo
niam regnum celoꝛum vim pa-
titur. Regnum celoꝛum: o ho-
mo aliud non querit pꝛeciuꝫ ni
ſi teipſum: tantum valet quan-
tum es. Te da: ⁊ habebis illud.
Quid turbaris de pꝛecio? xp̄s
ſemetipſum tradidit vt acquire
ret te regnum deo patri. Ita tu
temetipſum da: vt ſis regnum
eius: ac non regnet peccatum in
tuo moꝛtali coꝛpoꝛe: ſed ſpūs in
acquiſitione vite.

¶ Quid ſit ⁊ quid habeat pa-
radiſus. Cap. xvij.

Anima mea: fuer
tamur ad ciuitaté ce
leſteꝫ: in qua ſcripti

ſumus ꝛ ciues decreti. Sicut er
go ciues ſctōꝝ ꝛ domeſtici dei:
ꝛ ſicut heredes dei:coherēdes aūt
xpi:ꝯſideremus inclitā noſtre
vrbis felicitatem:inquantū ꝯſi-
derare poſſibile ē. Dicamus er
go cū ꝓpha. O q̄ glorioſa di
cta ſunt de te ciuitas dei:ſicut le
tantiū oīum habitatio eſt in te.
Fundaris.n.exultatione vniuer
ſe terre nō eſt in te ſenectus:nec
ſenectutis miſeria:non eſt in te
mancus:nec claudus:neq̄ gib
boſus:neq̄ deformis: duꝫ oēs
occurrūt in virū perfectum: in
menſurā etatis plenitudīs xpi.
Quid hac vita beatius? Ubi
non eſt pauptatis metus:nō egri
tudinis ībecillitas. Nemo ledi-
tur:nemo iraſcit:nemo inuidet.
Cupiditas nulla exardeſcit.
Nullū ibi deſiderium. Nulla
honoris aut ptātis pulſat ambi
tio. Nullus ibi diaboli metus:
inſidie demonū nulle:terror ge
hēne ꝓcul. Mors neq̄ corpis
neq̄ aīe:ſed imortalitatis mune
re iucunda vita. Nulla erūt tūc
mala. Nuſq̄ diſcordia. Sꝫ cū-
cta conſona. Cūcta ꝯuenientia
q: oium ſanctoꝝ vna erit ꝯcor
dia. Pax cūcta ꝛ letitia ꝯtinet:
tranqlla ſunt oīa ꝛ quieta:iugis
ſplendor:non ille qui nūc eſt: ſꝫ
tanto clarior quāto felicior:q: ci
uitas illa:vt legitur:non egebit
lumine ſolis:ſꝫ dominus oīpo-
tens illuminabit eā: ꝛ lucerna
eius eſt agnus. Ubi ſancti ful-
gebunt vt ſtelle in ꝑpetuas eter
nitates:ꝛ ſicut ſplēdor firmamē
ti qui erudiūt multos. Quapp
nox ibi nulla:nulle tenebre: cō-
curſus nubi ūnullus:nec fri
goris ardor:ſiue aſperitas vlla:
ſed talis erit rerum temperies:
quā nec oculus vidit:nec auris
audiuit:nec in cor hoīs aſcēdit a
niſi illoꝝ q ea ꝑfrui digni inue-
niūtur:quoꝝ noīa ſcripta ſūt in
libro vite. Ueꝝ ſup hec oīa eſt
cōſociari choris angeloꝝ ꝛ ar-
chāgeloꝝ:atq̄ oīuꝫ celeſtiū vir
tutū. Intueri ꝑriarchas ꝛ ꝓphe
tas. Uidere apoſtolos atq̄ oēs
ſctōs. Uidere ēt parentes no-
ſtros. Glorioſa ſūt hec. Sꝫ mul
to glorioſius eſt preſentem dei
vultum cernere:incircūſcriptuꝫ
lumen videre. Superexcellens
gloria erit cum deum videbi-
mus in ſeipſo:videbimus ꝛ ha
bebimus in nobis:quem cerne
re finis non erit.

¶ Non valet homo deo vicē reddere niſi per amorem.

Capitulum. xviij.

Anima in ſignis dei imagine: illuſtris ſimilitudine: habꝫ in ſe ſe ex deo quo admoneatur, ſemper aut ſtare cum eo: aut redire ſi mota ſuis affectibus: imo defectibus fuerit. Et non ſolum habet: vnde reſpirare queat: in ſpe venie ⁊ miſericordie: ſed ēt vnde audeat aſpirare ad nuptias verbi: ⁊ cum deo inire fedꝰ ſocietatis: atqꝫ cum rege angelorum ducere ſuaue iugū amoris. Hec omnia facit amor: ſi anima exhibeat ſe ſimilem deo per voluntatem: cui ſimilis eſt per naturam: diligens ſicut dilecta eſt. Solus eſt amor ex omnibus anime motibus: ſenſibꝰ atqꝫ affectibus: in quo poteſt creatura: ⁊ ſi non ex quo: reſpondere auctori: vel ſibi mutuam rependere vicem. Amor vbi venerit: ceteros in ſe omnes traducit ⁊ captiuat affectꝰ. Amor per ſe ſufficit: per ſe placet: ⁊ propter ſe. Ipſe meritum: ipſe premium: ipſe cauſa: ipſe fructꝰ: ipſe vſus. Per amorem coniungimur deo. Amor facit vnum ſpiritum de duobus. Amor facit idem velle ⁊ idem nolle. Amor facit prius mores componere: poſtmodum omnia que adſunt tanqꝫ non adſint conſiderare. tertio vero loco munda cordis acie ſuperna ⁊ interna conſpicere. Per amorem primum in ſeculo bene gerūtur honeſta: poſtmodum ēt honeſta ſeculi deſpiciūtur: ad extremum ēt dei intima conſpiciuntur.

¶ Quid in nobis deus requirat ſibi ſimile.

Capitulum. xix.

Deus pater charitas eſt: deus filius dilectio eſt ſpūſſanctus amor patris ⁊ filij eſt: hec caritas: ⁊ hec dilectio: aliqd ſimile reqrit in nobis. ſ. charitatē qua velut quadā affinitate ꝯſanguinitatis ei ſociemur ⁊ ꝯiūgamur. Amor dignitatis neſcius:

reuerentiam neſcit. Qui amat
per ſeipꝫ fiducialiter accedit ad
deum: familiariterqꝫ loquitur
ei: nihil timens nihil heſitans.
Perdit quod viuit qui non di
ligit. Qui autem diligit oculos
ſuos ſemper habet ad deum
quem diligit: quem deſiderat.
In quo meditatur: in quo dele
ctatur in quo paſcitur: in quo
impinguatur. Iſte talis ſic de-
uotus: ita cantat: ita legit: ⁊ in
omnibus operibus ſuis ſic eſt
prouidus ⁊ circumſpectus: qua
ſi deus adſit preſens ante ocu-
los eius: ſicut reuera adeſt. Ita
orat quaſi ſit aſſumptus ⁊ pre-
ſentatus ante faciem maieſtatis
in excelſo throno: vbi milia mi-
lium miniſtrant ei: ⁊ decies cen
tena milia aſſiſtunt ei. Animaꝫ
quá viſitat amor: expergefacit
dormientem. Monet ⁊ emollit
eam: ⁊ vulnerat cor eius. Tene
broſa illuminat. Clauſa reſerat.
Frigida inflámat. Menté aſpe
ram ⁊ iraſcibilem ⁊ impatienté
mitigat. Vicia fugat. Carnales
affectus cóprimit. Mores emé
dat. Reformat ⁊ innouat ſpm̄.
Lubrice etatis motus actuſqꝫ
leues coercet. Hec omnia facit
amor cum pñs eſt: cum ꝛo ab-
ſceſſerit ita incipit anima iacere
languida: ac ſi cacabo bullienti
ſubtraxeris ignem.

¶ De confidentia anime amá
tis deum. Cap. xx.

MAgna res é amor: quo aía per
ſemetipm̄ fidu-
cialiť accedit ad
deum. Deo conſtanter inheret
Deum familiariter percuncta
tur: cóſultatqꝫ de omni re. Ani
ma que amat deuꝫ nil aliud po
teſt cogitare: nil loqui. Cetera
conténit. Omnia faſtidit. Quic
quid meditatur quicquid loqui
tur: amorem ſapit: amorem re-
dolet: ita amor dei eam ſibi vé-
dicauit. Qui vult habere noti
tiam dei: amet. Fruſtra accedit
ad legendum: ad meditandum:
ad predicandum: ad orandum:
qui non amat. Amor dei: amo-
rem anime parit: ⁊ eam inten-
dere ſibi facit. Amat deus vt
ametur. Cum amat nil aliđ vult
qꝫ amari: ſciens amore eé bea-
tos qui ſe amauerint. Anima a-
mans cunctis ſuis renunciat af
fectionibus: ⁊ tota ſoli incum-

bit amori: vt poſſit reſpondere amori in redibendo amore. Et cum tota ſe effuderit in amorē: quantum eſt ad illud fontis per henne profluuium? Non pari vbertate concurrunt Amor: et amans. Anima ⁊ Deus: Creator ⁊ creatura: tamen ſi ex toto ſe diligit: nihil deeſt vbi totum eſt. Non timeat anima que amat: paueat que non amat. Anima amans fertur votis: trahitur deſiderijs: diſſimulat merita: maieſtati oculos claudit: aperit voluptati: ponens ſe in ſalutari: ⁊ fiducialiter agens in eo. Amore anima ſecedit: ⁊ excedit a corporeis ſenſibus: vt ſeſe non ſentiat que deum ſentit. Hoc fit cū mens ineffabili dei illecta dulcedine: quodammodo ſeſe ſibi furatur. imo rapitur atq3 elabit a ſeipſa: vt deo fruatur ad iucunditatem. Nihil tā iucundum: niſi eſſet tam modicum. Amor dat familiaritatem dei. Familiaritas auſū: Auſus guſtum: Guſtus famē. Anima quā tangit amor dei: nihil aliud poteſt cogitare: nil deſiderare: frequenter ſuſpirat dicens. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat aīa mea ad te deus meus.

¶ Quid fecit deus ꝑpter hominem. Cap. xxj.

DEus amore venit ad homines: venit in homines: factus eſt hō. Amore deus inuiſibilis ſeruis ſuis factus eſt ſimilis. Amore vulneratus ē ꝑpter delicta noſtra. Tuta ⁊ firma requies eſt infirmis ⁊ peccatoribus ī vulneribus ſaluatoris. Secur⁹ illic habito: patent mihi viſcera per vulnera. Quicquid ex me mihi deeſt: vſurpo mihi ex viſceribus domini mei: qm̄ miſericordia affluunt: nec deſunt foramina per que affluant. Per foramina corporis patent mihi archana cordis. Patet magnū pietatis ſacrm̄. Patent viſcera miſericordie dei noſtri: in qbus viſitauit nos: oriēs ex alto. Vulnera ieſu xpi plena ſunt miſericordia: plena pietate: plena dulcedine ⁊ charitate. Foderūt manus eius ⁊ pedes eius: ⁊ latus eius lancea perforauerūt. Per has rimas licet mihi guſtare q̄3

ſuauis eſt dn̄s deus meus: qm̄ reuera ſuauis ⁊ mitis: ⁊ multe miſericordie eſt: oibus cum inuocantibus in veritate: omnibus inquirentibus ⁊ maxime diligentibus. Copioſa redēptio data eſt nobis in vulneribꝰ ieſu xp̄i ſaluatoris noſtri. Magna multitudo dulcedinis: plenitudo gratie: ⁊ perfectio virtutum.

¶ De recordatione vulnerum ieſu chriſti domini noſtri.
Capitulum. xxij.

Um me pulſat aliqua turpis cogitatio: recurro ad vulnera xp̄i. Cum me premit caro mea recordatione vulnerū domini mei reſurgo. Cum diabolus mihi parat inſidias: fugio ad viſcera miſericordie domini mei: ⁊ recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea: recordatione vulnerum domini noſtri filij dei extinguit. In omnibus aduerſitatibus nō inueni tam efficax remedium q̄ȝ vulnera xp̄i. In illis dormio ſecurus: ⁊ requieſco intrepidus. Chriſtus mortuus eſt ꝑ nobis.

nota

Nihil tam ad mortem amarū: quod morte xp̄i non ſanet. Tota ſpes mea eſt in morte domini mei. Mors eius meritū meum: refugium meum: ſalus: vita ⁊ reſurrectio mea. Meritum meum miſeratio domini. Non ſum meriti inops: q̄ȝdiu ille miſerationū dominus non defuerit. Et ſi miſericordie dn̄i multe: multus ego ſum in meritis. Quanto ille potentior ē ad ſaluandū: tanto ego ſū ſecurior.

¶ Recordatio vulnerum xp̄i eſt efficax remediū contra omnes aduerſitates. Cap. xxiij.

Peccaui peccatum grande ⁊ multorum ſum mihi conſcius delictorum: nec ſic deſpero: quoniā vbi abundauerunt delicta: ſuperabundauit ⁊ gratia. Qui de venia peccatorum ſuorum deſperat: negat deum eſſe miſericordem. Magnā iniuriā deo facit: qui de eius miſericordia diffidit. Quantū in ſe ē negat deū habere charitatē: veritatē ⁊ ptātem: in qbꝰ tota ſpes mea ꝯſiſtit. ſ. in charitate ado-

ptionis in veritate ꝓmiſſionis
⁊ in poteſtate redemptionis.
Murmuret iam ꝗ̃tum volue
rit inſipiẽs cogitatio mea dicẽs
Quis.n.es tu: ⁊ ꝗ̃ta eſt gloria
illa: quibuſue meritis illaꝫ obti-
nere ſpas? Et ego fiducialiter
rñdebo. Scio cui credidi: ꝗ: in
charitate nimia adoptauit me i
filium: ꝗ: verax eſt in promiſſio
ne: potens in exhibitione: ⁊ licꝫ
ei facere quod vult. Non poſ-
ſum terreri multitudine pecca-
torum: ſi mors dñi in mentẽ me
am venerit: qm̃ pctã mea illum
vincere nõ poſſunt. Claui ⁊ lã-
cea clamãt mihi: ꝙ vere reconci-
liatus ſum xp̄o ſi euꝫ amauero.
Lõginus apuit mihi latus xp̄i
lancea: ⁊ ego intraui ⁊ ibi reqe
ſco ſecurus. Qui timet: amet:
qm̃ charitas foras mittit timo-
rẽ. Nullum tam potẽs eſt ⁊ taꝫ
efficax contra ardorem libidi-
nis medicamentũ: ꝗ̃ꝫ mors re-
demptoris mei. Extendit bra-
chia ſua in cruce: ⁊ expãdit ma
nus ſuas: paratus in amplexus
peccatoꝝ. Inter brachia ſalua-
toris mei: ⁊ viuere volo: ⁊ mo-
ri cupio. Ibi ſecurus decãtabo
Exaltabo te dñe: qm̃ ſuſcepiſt
me: nec delectaſti inimicos me-
os ſup me. Saluator nr̃ caput i-
clinauit in morte: vt oſcula da-
ret ſuis dilectis. Totiẽs deum
oſculamur quotiens in ei⁹ amo
re compungimur.

Meditatio anime ad amo-
rem xp̄i. Cap. xxiiij.

O Anima mea inſi-
gnita dei imagĩe: re
dẽpta xp̄i ſanguĩe:
deſpõſata fide: dotata ſpũ: orna
ta ṽtutib⁹: deputata cũ angelis
diligite illũ a quo tm̃ dilecta es.
Intẽde illi q itẽdit tibi. Quere
q̃rẽte te. Ama: Amatorẽ tuũ a
quo amaris: cui⁹ amore ꝑuẽta
es: q ẽ cã amoris tui. Ipe ẽ me
ritũ: ipe ꝓmiũ: ipe fructus: ipſe
vſus: ipe finis. Eſto ſollicita cũ
ſollicito: cũ vacãte vacãs: cum
mũdo mũda: cũ ſcõ ſcã. Qualiſ
appueris deo: talis oꝫ vt appe-
at tibi ds. Suauis ⁊ miti: ⁊ mul
te miſericordie: ſuaues: mites: dul
ces: hũiles: ⁊ miſericordes req-
rit. Ama illũ qui eduxit te de la
cu miſerie: ⁊ de luto fecis. Elige
illũ amicũ tuuꝫ pre oib⁹ amicis
tuis: q cũ oia ſubtracta fuerit ſo
lus tibi fidẽ ſuabit. In die ſepul

ture tue cu͂ omnes amici tui re
cedent a te: ille te nõ dereliquet:
ſed tuebitur a rugientibus pre-
paratis ad eſcam: ⁊ conducet te
per ignotam regionē: atq̃ per
ducet ad plateas ſuperne Syõ:
⁊ ibi collocabit te cum angelis
ante faciem maieſtatis ſue: vbi
audies illud angelicum melos:
ſanctus ſanctus ſanctus ⁊c. Ibi
eſt canticum leticie: vox exulta-
tionis ⁊ ſalutis: gratiaru͂ actio:
⁊ vox laudis: atq̃ alleluia ppe-
tuum. Ibi eſt cumulus felicita-
tis: ſupereminens gloria: ſuper-
abundans leticia: ⁊ omnia bo-
na. O anima mea ſuſpira arden
ter: deſidera vehemẽter: vt poſ
ſis peruenire in illam ſupernã
ciuitatẽ de qua tam glorioſa di-
cta ſunt: in qua ſicut letantiũ om
nium habitatio eſt. Amore po-
tes aſcendere. Amanti nihil eſt
difficile: nihil impoſſibile. Ani-
ma que amat aſcendit frequen-
ter: ⁊ currit familiariter per pla
teas celeſtis Hieruſalem: viſitã
do patriarchas ⁊ prophetas: ſa
lutando apoſtolos: admirando
exercitus martyrum ⁊ cõfeſſo
rum: choroſq̃ v̄ginũ ſpeculan-
do. Celum ⁊ terra: ⁊ omnia que
in eis ſunt: non ceſſant mihi di-
cere vt amem dominum deum
meum.

¶ Nihil poteſt anime ſuffice-
re preter ſummum bonum.

Capitulum. xxv.

COr hu-
manum in deſi-
derio eternitatis
non fixum: nun-
quã ſtabile poteſt eſſe: ſed oi vo
lubilitate volubilius: de alio in
aliud tranſit: querens requiem
vbi non eſt. In his aũt caducis
⁊ tranſitoriis: in quibus eiꝰ affe
ctus captiui tenent̄: verã re-
quiem inuenire non valet: quo-
niam tante eſt dignitatis: vt nul
lum bonum preter ſummum bo
num ei ſufficere poſſit. Tante ẽ
enim libertatis vt in aliquod vi
ciũ cogi non poſſit. Propterea
vnicuiq̃ ppria voluntas eſt cau
ſa ſue dãnationis vel ſaluatiõis:
⁊ ideo nihil ditius bona volun
tate: deo offertur. Bona volun
tas deum ad nos deducit: ⁊ nos
in eum dirigit. Per bonam vo
luntatem deum diligimus: deũ
eligimus: ad deum currimꝰ: ad
deum peruenimus: ⁊ eum poſ-

ſidemus. O bona voluntas per
quá ad dei ſimilitudinem refor
mamur ⁊ ei ſimiles efficimur.
Ita amabilis eſt deo bona volũ
tas: vt ipſe in corde habitare nó
velit in quo bona voluntas non
fuerit. Bona voluntas: illiꝰ ſum
me maieſtatis trinitaté ad ſe in-
clinat. Sapientia náqꝫ ad cogni
tionem veritatis illam illumiat.
Charitas ad deſiderium boni-
tatis inflámat. Paternitas i ea
cuſtodit: qḋ creauit: ne pereat.

Quid ſit cognitio veritatis.
Capitulum. xxvj.

Quid eſt
cognitio verita-
tis? primo cogno
ſcere teipſum: et
quod debes: eſſe ſtudeas: quod
autem corrigenduꝫ eſt: corrigas.
Deide cognoſceꝛ ⁊ amare cre
atorem tuum: hoc enim eſt totuꝫ
hominis bonum. Vide ergo q̄ꝫ
ineffabilis eſt diuine charitatis
erga nos dilectio. De nihilo
nos creauit: ⁊ quicqd habemus
donauit. Sed quia plus dilexi-
mus datum q̄ꝫ datorem: creatu
ram q̄ꝫ creatorem: cecidimus in
laqueum diaboli: ⁊ facti ſumus
eius ſerui. Deꝰ vero miſericor
dia motus miſit filium ſuuꝫ quo
redimeret ſeruos: miſit etiá ſpi
ritum ſanctuꝫ quo ſeruos ado-
ptaret in filios. Filium dedit in
precium redemptionis: ſpirituꝫ
ſanctum in priuilegium amoris:
ſe deniqꝫ totum ſeruat heredita
teꝫ adoptióis. Ita deus vt piiſſi
mus ⁊ miſericordiſſimꝰ: pre de-
ſiderio vel amore hominis nó
ſolum ſua: veꝛ̃etiam ⁊ ſeipſum
impendit vt hominé recupera-
ret: non tam ſibi q̄ꝫ homini ipſi.
Vt homines ex deo naſceren-
tur: primo ex ipſis natus é deꝰ.
Quis eſt tam durus quam non
emoliat amor dei ſic hominem
preueniens: tanquá vehemens
amor: ꝙ homo: ꝑpter hominеꝫ
dignatus eſt fieri? Quis poteſt
odire hominem cuius naturaꝫ
⁊ ſimilitudinem videt in huma-
nitate dei? Reuera qui odit il-
lum: odit deum: ⁊ ita perdit ge-
quid facit. Deus náqꝫ ꝑpter ho
miné factus é homo: vt eſſet re
demptor: qui eſt ⁊ creator: vt de
ſuo redimeretur homo: ⁊ vt fa
miliarius diligeretur ab homi-
ne: deus in ſimilitudine homi-

nis apparens: ⁊ vt vterqꝫ ſen-ſus hominis in ipſo beatificare-tur ⁊ reficeretur: oculus cordis in eius diuinitate: ⁊ oculus cor-poris in eius humanitate: vt ſi-ue ingrediens ſiue egrediens: in ipſo paſcua inueniret natura hu-mana condita ab ipſo.

¶ Quid in nobis operet miſ-ſio ſpiritus ſancti.

Capitulum. xxviij.

SAluator náqꝫ noſter na-tus eſt nobis: cru-cifixus ⁊ mortu⁹ eſt pro nobis: vt morte ſua mor-tem noſtram deſtrueret. Et q: botrus carnis portatus fuerat ad torcular crucis: ⁊ expreſſione facta: fluere ceperat muſtum di-uinitatis: miſſus eſt ſpiritus ſan-ctus: quo vaſa cordium prepa-rarentur: ⁊ vinum nouū i vtres nouos poneretur: primum vt corda mundarentur ne infuſum pollueretur: ⁊ poſtea ligarentur ne infuſum amitteretur. Mun-darentur gaudio iniquitatis: li-garent contra gaudiū vanita-tis. Nó enim qd bonum eſt ve-nire potuit: niſi prius recederet quod malum eſt. Gaudium ini-quitatis polluit: ⁊ gaudium va-nitatis effudit. Gaudium iniqui-tatis reddit vas ſordiduʒ: ⁊ gau-dium vanitatis facit rimoſum. Gaudium iniquitatis eſt: cū pec-catum diligitur: ⁊ gaudium va-nitatis eſt cum tranſitoria aman-tur. Ejce ergo quod malum eſt vt quod bonum eſt percipere poſſis. Effunde amaritudinem: vt dulcedie impleri poſſis. Spi-ritus ſanctus gaudiū eſt: ⁊ amor. Ejce ſpiritum diaboli: ⁊ ſpiri-tum mundi: vt accipias ſpirituʒ dei. Spiritus diaboli operatur gaudium iniquitatis: ⁊ ſpiritus mundi gaudium vanitatis. Et hec gaudia mala ſunt: qm̄ aliud habet culpam: aliud occaſioneʒ culpe. Veniet auteʒ ſpiritus dei cum eiecti fuerint ſpiritus mali ⁊ intrabit tabernaculū cordis: ⁊ operabitur gaudium bonum: et amorē bonū: quo expellit amor mundi: ⁊ amor peccati. Amor mundi allicit ⁊ decipit. Amor peccati polluit: ⁊ ad morteʒ con-ducit. Amor dei: mentem illumi-nat: conſcientiam mundat. Ani-mam letificat: ⁊ deum demon-ſtrat.

¶ De operatione eius qui diligit deum. Cap. xxviij.

In quo amor dei eſt: ſemper cogitat quando ad deum perueniat: quādo mundū derelinquat: quando carnis corruptionem euadat. Ut veram pacē inueniat: ſemper habet cor ſuuꝫ et deſiderium in ſuperna eleuatū: quādo ſedet: quando ambulat: quando requieſcit: vel quando aliquid agit: cor a deo non recedit. Omnes ad amorem dei exhortatur: omnibus amorem dei commendat: ⁊ q̄ꝫ dulcis ſit dei amor: ⁊ q̄ꝫ malus: ⁊ q̄ꝫ amarus ſit amor ſeculi: corde: ore: ⁊ opere omnibus demonſtrat. Deridet huius ſeculi gloriam: arguit ſollicitudinem: ⁊ q̄ꝫ ſtultum ſit i his que tranſeunt fiduciam habere oſtendit. Miratur cecitateꝫ hominū qui hec diligunt. Miratur etiam quō vniuerſa hec trāſitoria ⁊ caduca: oēs non derelinquunt. Oībus extimat dulce qđ ſibi ſapit: omnibus placere quod diligit: omnibus qdē eſſe manifeſtū qđ cognoſcit. Frequēter deum ſuū contēplatur: ⁊ in eius contēplatiōe ſuauiter reficitur: tāto felicius quāto frequētius. Dulce ē ei ſemꝑ ad cōſiderandum: qđ ad amandū ⁊ laudandū ſemper eſt ſuaue.

¶ De vera cordis requie. Capitulum. xxix.

Reuera hec ē vera cordis requies cum totus i amorem dei per deſideriū figitur. Nec qcq̄ꝫ aliud appetit: ſꝫ in eo qđ tenet felici quadā dulcedine delectatur: delectando iocundatur. Si vero vana aliq̄ cogitatione: vel rerum occupatione inde aliquātulū abſtractū fuerit: ſumma cū feſtinatōe illuc redire feſtiat: exiliū reputās alibi q̄ꝫ ibi morā facere. Nā ſicut nullū eſt momentū: quo hō non fruatur: vel vtatur pietate diuia: ſic nullū dꝫ eſſe momentū quo euꝫ preſentē nō habeat in memoria. Idcirco nō breui crimine tenetur aſtrictus quiſqs in orōne cuꝫ deo loquitur: ⁊ ſubito abſtrahitur ab eius ꝯſpectu quaſi ab oculis nō videntis nec audientis: hoc aūt fit qñ cogitatōes ſuas malas ⁊ im-

portunas ſequitur: ⁊ aliquã viliſſimam creaturam ad quam mentis intuitus facile diſtrahitur: ei preferat: illam videlicet in cogitatione ſepius reuoluendo q̃ȝ deum quem aſſidue debet recolere creatorem: adorare redemptorem: expectare ſaluatorem: timere iudicem.

¶ Quicquid mentis aſpectuȝ ab eo retrahit omnino fugiendum eſt atqȝ execrandum.

Capitulum. xxx.

Quiſquis amas mundum: tibi ꝓſpice quo ſit eundũ. Hec via qua vadis via peſſima plenaqȝ cladis. Fuge ergo o homo paululuȝ occupationes tuas: ⁊ abſcõdere modicum a tumultuoſis cogitationibus tuis. Abijce nunc oneroſas curas: poſtpone laborioſas diſſenſiones: vaca aliquantuluȝ deo: ⁊ paululum requieſce i eo. Intra in cubiculuȝ mentis tue. Exclude omnia preter deum: et que valent ad querendum euȝ: ⁊ clauſo oſtio quere eum. Dicat nunc totum cor tuum deo. Quero vultum tuum: vultũ tuum domine quero. Eya nũc ergo domine deus meus. Tu doce cor meum vbi ⁊ quomodo te querat: vbi ⁊ quomodo te inueniat. Domine ſi hic non es: vbi te queram abſentem? Si autem vbiqȝ es: cur te non video preſentem? Sed certe habitas lucẽ inacceſſibilem. Sed quomodo accedam ad lucem inacceſſibilem? Aut quis me deducet: ⁊ inducet in illam vt videam te in illa? Deinde quibus ſignis: qua facie te queram? Nunq̃ȝ te vidi domine deus meus: nunquã noui faciem tuam. Quid faciet altiſſime domine: qđ faciet iſte longinquus exul tuus? Quid faciet ſeruus tuus: anxius amore tui: ⁊ longe ꝓiectus a facie tua? En anhelat videre te: ⁊ nimis illi abeſt facies tua. Accedere ad te deſiderat: ⁊ inacceſſibilis eſt habitatio tua. Inuenire te cupit: ⁊ neſcit locum tuum. Querere te affectat: ⁊ ignorat vultũ tuum.

¶ Viſio dei perdita ẽ propter peccatum: et miſeria inuenta eſt.

Capitulum. xxxj.

Domine deus meus es tu: ⁊ dominus meus: ⁊ nūquā vidi te: tu me feciſti ⁊ refeciſti ⁊ omnia bona tua mihi contuliſti: ⁊ nondum vidi te: neq; noui. Deniq; ad te videndum factus ſum: et nondum feci propter quod factus ſum. O miſera ſors hominis: cum hoc perdidit ad quod factus eſt. O dirus ac durus caſus ille. Heu quid perdidit: et quid inuenit? Quid abſceſſit: et quid remanſit? Perdidit beatitudinem ad quā factus eſt: ⁊ inuenit miſeriam ad quam factus non eſt. Abſceſſit ſine quo nihil felix eſt: ⁊ remanſit quod per ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat tunc homo panem angelorum quem nunc eſurit: manducat nunc panem dolorum quem tunc neſciebat. O tu domine vſq;quo obliuiſceris in finem: vſq;quo auertis faciem tuā a nobis? Quando reſpicies ⁊ exaudies nos? Quādo illuminabis oculos noſtros ⁊ oſtendes nobis faciem tuam? Quando reſtitues te nobis? Reſpice domine ⁊ exaudi ⁊ illumina nos: et oſtende nobis teipſum reſtitue te nobis: vt bene ſit nobis: ſine quo tam male eſt nobis. Inuita nos: adiuua nos obſecro domine. Amaricatum eſt cor meum ſua deſolatione. Indulcora illud tua conſolatione. Obſecro domine. Eſuriens cepi querere te: ne deſinam impaſtus a te. Famelicus acceſſi: ne recedam impaſtus. Pauper veni ad diuitem: miſer ad miſericordem: ne recedam vacuus ⁊ contemptus. Domine incuruatus ſum: ⁊ nō poſſum niſi deorſum aſpicere. Erige me vt poſſim ſurſum videre vel intendere. Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: obuoluerunt me: ⁊ ſicut onus graue grauant me. Euolue me ⁊ exonera me: ne vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Doce me querere te: et oſtende te querēti te: quia nec querere te poſſum niſi doceas tu: nec inuenire niſi te oſtendas. Queram te deſiderando: deſiderem te querendo. Inueniā amādo. Amem inueniendo.

## ¶ De bonitate dei.
## Capitulum. xxxij.

Ateor do-
mi-
ne ⁊ gratiaſ ago
quia creaſti me
ad hanc imagi-
nem tuā: vt tui
memor: te cogitem te amem.
Sed ſic eſt abolita corruptione
viciorum: ſic eſt obfuſcata fumo
peccatorum: vt non poſſit face-
re ad quod facta eſt: niſi tu re-
noues ⁊ reformes eam. Ro-
go domine qui das fidei intelle-
ctum: da mihi vt quantum ſcis
expedire intelligam: quia es ſi-
cut credim⁹: ⁊ hoc es quod cre-
dimus: ⁊ quidem credimus te
eſſe aliquid quo nihil mai⁹: aut
melius cogitari poſſit. Quid er-
go es domine deus: quo vnum
maius meliuſq̄z nihil valet cogi-
tari: niſi id quod ſummum bo-
num omnium ſolū exiſtens per
ſeipſum: omnia alia fecit ex ni-
hilo? Quod ergo bonum de-
eſt ſummo bono: per quod om-
ne bonum? Tu es itaq̄z iuſtus:
verax: beatus ⁊ quicquid aliud
eſt melius eſſe q̄z non eſſe. Ve-
rum malis quomodo parcis: ſi
es totus ſumme iuſtus? An q:
bonitas tua eſt incomprehenſi-
bilis? Latet hoc in luce inacceſ-
ſibili quā inhabitas. Vere in al-
tiſſimo ⁊ ſecretiſſimo bonitatis
tue profundo latet: fons vnde
manat fluuius miſericordie tue.
Nam cum totus ⁊ ſumme iu-
ſtus ſis: tamen iccirco etiam ma-
lis benignus es: quia totus et
ſumme bonus es. Minus nā-
q̄z bonus eſſes: ſi nulli malo eſ-
ſes benignus. Melior eſt enim
qui ⁊ bonis ſimul ⁊ malis bo-
nus eſt: q̄z qui bonis tm̄ bonus
eſt. Et melior eſt qui malis ⁊ par-
cendo ⁊ puniendo bonus eſt: q̄z
qui puniendo tantū. Ideo er-
go miſericors es: quia totus et
ſumme bonus es.

## ¶ De delectabili fruitiōe dei. Capitulum. xxxiij.

Immen-
ſa bonitas: que
omnium intelle-
ctum excedis: ve-
niat ſuper me miſericordia illa:
que de tanta opulentia procedit:
influat in me que profluit de te.
Parce per clementiam ne vl-
ciſcaris per iuſticiam. Excita te
nunc anima mea: ⁊ erige totum
intellectum tuum: ⁊ cogita quan-

tum potes: quantum ⁊ quale ſit illud bonum quod deus eſt. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt: cogita intente q̄ delectabile ſit illud bonum: quod continet iocunditatem omnium bonorum: ⁊ non quale in rebus creatis ſumus experti: ſed tanto differentem quanto differt a creatura creator. Si enim eſt bona vita creata: q̄ bona eſt vita creatrix? Si iocunda eſt ſalus facta: q̄ iocunda eſt ſalus que fecit omnem ſalutem? Si amabilis eſt ſapientia i cogitatione vel cognitione rerum cognitarum: q̄ amabilis eſt ſapiētia que omnia fecit ⁊ condidit ex nihilo? Deniq̄ ſi multe ⁊ magne ſunt delectationes in rebus delectabilibus: qualis ⁊ quanta eſt delectatio in eo qui ipſa delectabilia fecit? O qui hoc bono fruetur quid illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid voluerit illi erit: ⁊ quicquid noluerit non erit. Ibi quippe illi erunt bona anime ⁊ corporis: qualia nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec cor hominis cogitauit.

¶ Summum bonum appetendum eſt. Capitulum. xxxiiij.

Ur ergo per multa vagaris homuncio querendo bona anime tue ⁊ corporis tui? Ama vnum bonum in quo ſunt omnia bona: ⁊ ſufficit. Deſidera ſimplex bonum quod eſt omne bonum: et ſatis eſt. Quid eni amas caro mea? quid deſideras anima mea? Ibi eſt quicquid amas: ibi eſt quicquid deſideras. Si delectat pulchritudo fulgebunt iuſti ſicut ſol. Si velocitas: aut fortitudo: aut libertas corporis: cui nihil obſiſtere poterit: erunt ſimiles angelis dei: quia ſeminatur corpus animale: ſurget corpus ſpirituale: poteſtate vtiq̄ non natura. Si longa aut ſalubris vita: ibi erit ſana eternitas ⁊ eterna ſanitas: quia iuſti i perpetuum viuent: ⁊ ſalus iuſtorū a domino. Si ſatietas: ſatiabuntur cū apparuerit gloria dn̄i. Si ebrietas: inebriabūtur ab vbertate dom⁹ dei. Si melodia: ibi angeli ɔcinnēt ſine fine deo. Si

q̄libet nō imūda ſꝫ mūda voluptas: torrēte voluptatis ſue potabit eos dn̄s. Si ſapiētia: ipſa dei ſapiētia oſtēdet eis ſeipſaꝫ ſapientiaꝫ. Si amicitia: diligēt deum pluſq̄ꝫ ſeipſos ꝛ inuicē tāq̄ꝫ ſeipſos: ꝛ deus illos: pluſq̄ꝫ ille ſeipſos: q꞉ illi illū ꝑ ſe: ꝛ inuiceꝫ ꝑ illuꝫ: ꝛ ille ſe: ꝛ illos: ꝑ ſeipꝫ. Si ꝯcordia: oibus illis erit vna voluntas: q꞉ nulla illis erit niſi dei ſūma volūtas. Si ptās: oipotētes erūt ſue volūtatis: vt deus ſue. Naꝫ ſicut deus poterit qd̄ volet ꝑ ſeipꝫ: ita poterūt illi qd̄ volēt ꝑ illū: q꞉ ſicut illi nō aliud volēt q̄ꝫ ille volet: ita ille volet qcqd illi volent: ꝛ qd ille volet nō poterit nō eſſe. Si honor et diuitie: deus ſeruos ſuos bonos ꝛ fideles ſupra multa bona ꝯſtituet. imo filij dei ꝛ dij vocabuntur: ꝛ erūt heredes quidē dei coheredes aūt xp̄i. Si vera ſecuritas: certa ita certi erūt nūq̄ꝫ vllaten⁹ illud bonū ſibi deſuturum: ſicut certi erūt ſe nō ſua ſpōte illud amiſſuros: nec dilectorē deū illud dilectorib⁹ ſuis inuitis ablaturū: nec aliquid deo potētius: deum: ꝛ illos ſeparaturū. Gaudium v̄o quale quantūue eſt: vbi tale ac tantum bonum eſt.

¶ De mutua charitate ſanctorum in celis. Cap. xxv.

Or humanū cor: idigens: cor expertuꝫ erūnas: et miſerias: imo obrutū miſerijs: q̄ꝫtuꝫ gauderes ſi in his oibus abūdares. Interroga vltima itima tua ſi cape poſſent gaudiū de tāta btitudine ſua. Sed certe ſi qs alius quē oino ſicut teipm amares: eādeꝫ btitudinem haberet: duplicaret gaudiū tuum: q꞉ nō minus gauderes pro eo q̄ꝫ ꝑ teipſo. Si v̄o duo vel tres vel multo plures idipſum haberēt: tātūdē ꝑ ſingulis: q̄ꝫtūdē ꝑ teipſo gauderes: ſi ſingulos ſicut teipm amares. Ergo qd erit in illa ꝑfecta charitate inumerabiliū beatoꝝ angeloꝝ ꝛ hoiuꝫ: vbi nullus diliget aliū minus q̄ꝫ ſeipm? Nō.n. aliter gaudebit vnuſqſq̄ꝫ ꝑ ſingulis alijs q̄ꝫ pro ſeipſo. Si ergo cor hois de tanto bono ſuo vix gaudiū ſuum capiet: quomodo capax erit tot ꝛ tantorum gaudiorum? Et vtiq̄ꝫ q̄n quantum

quiſq̄ꝫ

quiſq3 diligit aliquem: tantum
de bono eius gaudet: ſicut in il
la beata felicitate vnuſquiſq3 ſi
ne comparatione plus amabit
deum: q̄3 ſe ⁊ omnes alios ſe-
cum: ita plus gaudebit abſq3 ex
timatiōe de felicitate dei: q̄3 de
ſua ⁊ omnium aliorum ſecum.
Et ſi deum ſic diligent toto cor
de: tota mente: tota anima: vt ta
men totum cor: tota mens: tota
anima non ſufficiat dignitati di
lectionis: perfecto ſic gaudebūt
toto corde: tota mente: tota ani-
ma: vt tamen totum cor: tota
mens: tota anima non ſufficiat
plenitudini gaudij.

¶ De pleno gaudio vite eter-
ne. Capitulum. xxxvj.

Deus me
us
et dominus
meus: ſpes
mea ⁊ gaudi
um meū cor
dis mei: dic anime mee: ſi hoc
eſt gaudium de quo nobis per
filium tuum dicis. Petite ⁊ ac
cipietis vt gaudiū veſtrum ſit
plenum. Inueni nanq3 gaudi-
um quoddam plenum ⁊ pluſq3
plenum. Pleno quippe corde:
plena mente: plena anima: ple-
no toto homine. Gaudio illo:
adhuc ſupra modum ſupererit
gaudium. Non ergo totum il-
lud gaudium intrabit in gaudē
tes: ſed toti gaudentes intrabūt
in gaudiū. Dic domine dic ſer
uo tuo intus in corde meo: ſi h̄
eſt gaudium in quod intrabūt
ſerui tui: qui intrabunt in gau-
diū domini ſui. Sed certe gau
diū illud quod gaudebunt ele
cti tui: nec oculus vidit: nec au-
ris audiuit: nec in cor hominis
aſcendit. Nondum ergo cogi-
taui aut dixi domine quantum
gaudebunt electi tui. Vtiq3 tan
tum gaudebunt quantum ama
bunt: tantum amabunt: quantū
cognoſcent domine. Et quantū
te amabunt? Certe nec oculus
vidit: nec auris audiuit: nec in
hominis aſcendit in hac vita:
quantum te cognoſcent ⁊ ama-
bunt in illa vita. Oro te deꝰ me
us vt cognoſcam te: amē te: vt
gaudeam de te. Et ſi non poſ-
ſum in hac vita ad plenum: vel
proficiam de die in diem vſq3
dum veniat illud ad plenum.

Proficiat in me hec noticia tua
vt ibi fiat plena: creſcat in me hic
amor tuus vt ibi ſit plenus: vt
hoc gaudium meũ ſit in ſpe ma
gnum: ⁊ ibi in re plenum. De
us verax peto vt accipiam qđ
promittis: vt gaudium meuȝ ſit
plenum. Meditetur inde inte-
rim mens mea. Loquatur inde
lingua mea. Amet illud cor me
um. Sermocinetur os meum.
Eſuriat illud anima mea. Siti-
at illud caro mea. Deſideret il-
lud tota ſubſtantia mea: donec
intrem in gaudiuȝ domini mei
ibi permanſurus per ſecula.
Amen.

¶ Manualis de verbo dei di-
ui Auguſtini epiſcopi Hype
nenſis, Finis.



¶ Diui Bernardi abbatis ad humane conditionis cognitio-nē meditationes deuotiſſime.

Capitulum primum.

Multi multa ſciunt ⁊ ſeipſos neſciunt. Alios inſpiciunt ⁊ ſemetipſos deſerunt. Deū querunt p iſta exteriora deſerentes ſua interiora: quibus interior eſt deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora: ⁊ ab interioribus ad ſuperiora aſcendam vt poſſim cognoſcere: vnde venio: aut quo vado: quid ſim: ⁊ vnde ſim: et ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem dei. Quanto nanq₃ in cognitione mei proficio: tanto ad cognitionem dei accedo ſm interiorem hominem: tria in mente mea inuenio: per que deum recolo cō ſpicio ⁊ concupiſco. Sunt autē hec tria: memoria: intelligentia: voluntas ſiue amor: per memoriam reminiſcor: per intelligentiam intueor: per voluntatē amplector. Cum dei reminiſcor in memoria mea inuenio eum: ⁊ in ea de eo: ⁊ in eo delector ſm q ipſe mihi donare dignatur: intelligentia intueor quid ſit deus in ſeipſo: quid in angelis qd in ſanctis: quid in hominibus: quid in creaturis. In ſeipſo eſt incomprehenſibilis: quia principium ſine principio: finis ſine fine. Ex me intelligo q̄₃ incomprehenſibilis ſit deus: quando me ipſum intelligere non poſſum quem ipſe fecit. In angelis eſt deſiderabilis: quia in eum deſiderant perſpicere: in ſanctis ē delectabilis: quia in eo felices aſſidue letantur: in creaturis ē admirabilis: quia omnia potenter creat: ſapienter gubernat: benigne diſpenſat. In hoībus eſt amabilis: q2 eorū deus eſt: ⁊ ipſi ſunt populus eius. Ipſe in eis habitat tanq̄₃ in tēplo ſuo: ⁊ ipſi ſunt templū eius. Nō dedignat ſingulos: neq₃ vniuerſos. Quiſq₃ eiꝰ meminit: cūq₃ intelligit: ac diligit: cum illo eſt. Diligere eū debemus: qm̄ ipſe po:

dilexit nos:⁊ ad imaginem: ⁊ ſimilitudinem ſuam nos fecit: qđ nulli alij creature donare voluit:ad imaginem dei facti ſumus hoc eſt ad intellectum:⁊ notitiā filij:per quez intelligimus:⁊ cognoſcimus patrem ⁊ acceſſum habemus ad eum. Tanta cognatio eſt inter nos:⁊ dei filiuz: quod ipſe imago dei eſt:⁊ nos ad imaginem eius facti ſumus. Quam cognationem ēt ipſa ſimilitudo teſtatur:quoniam non ſolum ad imaginem:ſz ēt ad ſimilitudinem eius facti ſumus. Oportet itaqz id:quod ad imaginem eſt:cum imagine conuenire:⁊ non in vacuum nomen imaginis participare. Repreſentemus ergo imaginem eius in nobis in appetitu pacis: in intuitu veritatis:⁊ in amore caritatis. Teneamus eum in memoria:portemus in conſcientia Et vbiqz preſentē veneremur. Mens ſiquidem noſtra eo ipſo eius imago eſt:quo eius capax eſt:eiuſqz particeps eſſe poteſt. Non propterea eius imago ē: q: ſui mens meminit:ſeqz intelligit:ac diligit:ſz q: poteſt meminiſſe:intelligere:ac diligere eū: a quo facta eſt: quod cum facit ſapiens ipſa fit. Nihil n. tam ſimile eſt illi ſumme ſapientie qz mens rationalis:que p memoriam:intelligentiam: ac voluntatem in illa trinitate ineffabili conſiſtit. Conſiſtere autē in illa non poteſt niſi eius meminerit: eāqz intelligat:ac diligat. Meminerit itaqz dei ſui: ad cuius imaginem facta eſt:eūqz intelligat:diligat atqz colat: cum quo ſemper poteſt eſſe beata. Beata anima apud quā deus reqez inuenit:in cuius tabernaculo requieſcit. Beata que dicere poteſt. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: negare ſiquidem requiem celi ei nō poterit. Cur ergo nos ipſos deſerimus:⁊ in his exterioribus deum querimus:qui apud nos ē ſi nos velimus eſſe apud eum: Reuera nobiſcum eſt:⁊ in nobis:ſz adhuc per fidem donec mereamur videre per ſpeciez: nouimus inquit apoſtolus xp̄m habitare per fidem in cordibus noſtris:q: xp̄s in fide: fides in mente:mens in corde:cor in pectore. Per fidem recolo deum creatorem:adoro redemptorez

expecto ſaluatorem:credo vide
re euꝫ in omnibus creaturis ha
bere in me ipō:⁊ quod his om
bus ineffabiliter iucūdius:atqꝫ
beatius eſt cognoſcere in ſeipo.
Patrem nāqꝫ ⁊ filium cuꝫ ſan
cto ſpū cognoſcere:eſt vita eter
nā:beatitudo perfecta : ſumma
voluptas . Oculus non vidit:
nec auris audiuit:nec i cor hoīs
aſcendit:quanta charitas:quā
ta ſuauitas:⁊ quanta nobis ma
neat in illa viſione iucunditas :
quando deum facie ad faciem
videbimus:qui eſt lux illumina
torum:requies exercitatorum :
patria redeuntium vita viuen
tium:corona vincentium. Itaqꝫ
in mente mea imaginem illius
ſumme trinitatis reperio:ad quā
ſummam trinitatem recolendā
inſpiciendam:⁊ diligendam:vt
eius recorder:ea delecter:⁊ eaꝫ
contempler:totum id quod vi
uo debeo referre. Mens ima
go dei eſt:in qua ſunt hec tria :
memoria:intelligentia:⁊ volun
tas ſiue amor. Memorie attri
buimus omne quod ſcimus: ēt
ſi non inde cogitamus. Intelli
gentie tribuimus omne qđ ve
rum cogitando inuenimus : qđ
ēt memorie ꝯmendamus. Per
memoriam patri ſimiles ſumꝰ :
per intelligentiam filio: per vo
luntatem ſpiritui ſancto. Nihil
in nobis tam ſimile eſt quā vo
luntas:vel amor ſiue dilectio:q̄
excellentior voluntas eſt. Dile
ctio donum dei eſt:ita ꝙ nullū
dei eſt hoc excellentius:dilectio
nāqꝫ:que ex deo eſt:⁊ deus eſt:
proprie ſpūs ſanctus dicitur p
quem charitas dei diffuſa ē in
cordibus noſtris:per queꝫ tota
trinitas in nobis habitat.

¶ De miſeria hominis :⁊ exa
minatione extremi iudicij.

Capitulum. ij.

SEcundū
exteriorioreꝫ ho
minem de parē
tibus illis venio
qui me ante fecerūt dānatuꝫ q̄ꝫ
natū. Peccatores peccatoꝝ in
pcō ſuo genuerūt:⁊ de pcō nu
trierunt:miſeri miſerū in hāc
lucis miſeriā iduxerunt. Nihil
ex eis habeo niſi miſeriā:⁊ pec
catū:⁊ corruptibile hoc corpꝰ :
qđ geſto. Ad illos ẜo feſtino:q
per mortem corporis hinc exie
runt:cum eorum ſepulchra re

ſpitio:nō īuenio in eis niſi cinē
rē ⁊ vermē:fetorē:⁊ horrorem.
Quod ego ſum fuerunt ipſi: ⁊
quod ipſi ſunt ego ero. Quid
ſum ego homo de humore li-
quido:fui enim in momento cō
ceptiōis de humano ſemine cō
cōceptus:deinde ſpuma illa co
agulata modicum creſcendo ca
ro facta eſt:⁊ poſtea plorans et
eiulans traditus ſum huius mū
di exilio:⁊ ecce iam morior ple
nus iniquitatibus:⁊ abhomina
tionibus. Jam iam repreſenta-
bor ante diſtrictum iudicem de
meis operibus rationem red-
diturus. Ue mihi miſero: cum
venerit dies illa iudicij:⁊ aper
ti fuerint libri:in quibus omnes
mei actus:⁊ cogitationes domi
no preſente recitabuntur. Tūc
demiſſo capite pre confuſſione
male conſcientie in iudicio co-
ram domino:ſtabo trepidus: ⁊
anxius :vtpote commemorans
ſcelerum commiſſa meorum: ⁊
cum dicetur de me:ecce homo
⁊ opera eius. Tunc reducam
ante oculos meos omnia pecca
ta mea:⁊ delicta. Quadaꝫ nā-
qꝫ vi diuina fiet:vt cuiqꝫ ſua o-
pera bona:vel mala in memo-
riam reuocentur:⁊ mentis in-
tuitu mira celeritate cernantur
vt accuſet:vel excuſet ſuam cō-
ſcientiam:atqꝫ ita ſimul:⁊ ſingu
li:⁊ omnes iudicentur. Judici-
um faciet geſtorum quiſqꝫ ſuo-
rum. Cunctaqꝫ cunctorum cun
ctis archana patebunt. Quod
enim nunc confiteri erubeſci-
mus:tunc omnibus manifeſta-
bitur. Et quicquid hic diſſimu
lando palpamus: totum illic vi
dex flamma comburet. Ignis
vbiqꝫ ferox ruptis regnabit
habenis. Quantoqꝫ diutius
deus nos expectet:vt emenda-
mus:tanto diſtrictius iudicabit
ſi neglexerimus. Cur ergo tan
topere vitam iſtam deſidera-
mus: in qua q̄ꝫto amplius vi-
uimus:tanto plus peccamus?
Quāto.n.vita eſt lōgior: tanto
culpa nūeroſior. Quotidie nā-
qꝫ creſcūt mala: ⁊ ſubtrahūtur
bona. Aſſidue variat hō p proſ
pera: ⁊ aduerſa: ⁊ ignorat qū
moriat. Sicut.n.in celo ſtella co
ruſcās currit velociter: ⁊ repē
te deficit: ⁊ ſicꝫ ſintilla ignis ſubi
to extinguit: ⁊ in cinerē redigi
tur ſic cito finitā dat iſtā cerne
re vitā:dū.n.libenter:ac iucū-

diſſime moratur hō in mundo
iſto diuqꝫ ſe victurū arbitrat᷑: ac
multa in longa tpa diſponit agē-
da: ſubito rapit᷑ in mortem: ⁊ ex
iprouiſo aīa auffertur a corpore.
Veruntamen cū magno metu
magniſqꝫ doloribus anīa ſepat᷑
a corpore. Veniunt. n. angeli aſ-
ſumere illā: vt perducāt eā an-
te tribunal iudicis metuendi: ⁊
tunc illa memorās opa ſua ma-
la: ⁊ peſſima: que die: noctuqꝫ
geſſit: ꝯtremiſcit: ⁊ querit illa fu-
gere: induciaſqꝫ petere dicēs: da
te mihi vel vni⁹ hore ſpacium.
Tunc quaſi loqn̄tia ſimul eius
opa rn̄debunt: ⁊ dicent: tu nos
egiſti: opa tua ſumus nō te deſe
remus: ſed ſemp tecū erimus:
tecū pergemus ad iudiciū. Vi-
tia quoqꝫ multis: ⁊ multiplicib⁹
cribus eam accuſabūt: multaqꝫ
falſa teſtimonia aduerſus eam
inuenient: quāqꝫ vnū ad dāna-
tionem ei⁹ poſſet ſufficere: de-
mones vō terribili vultu: ⁊ hor-
ribili aſpectu eā terrebūt: igen-
ti furore eā pſequent᷑: ⁊ cōpre-
hendent eā tam terribiliter: qꝫ
horribiliter: volentes eā retine-
re: ⁊ poſſidere: niſi ſit q eripiat.
Tūc aīa inueniēs oculos clau-
ſos: ⁊ os alioſqꝫ corpis ſenſus:
per quos ſolebat egredi: ⁊ dele-
ctari in his exterioribus: reuer-
tet᷑ ad ſe: ⁊ videns ſe ſolā: ⁊ nu-
dā igenti horrore cōcuſſum: de-
ſperatione deficiet in ſe: ⁊ cadet
ſub ſe. Et q: amore mūdi: ⁊ car-
nis voluptate: dei amorē dereli-
querat: derelinquet᷑ a deo miſe-
ra in hora tante neceſſitatꝭ: atqꝫ
demonib⁹ tradet᷑ in iferno cru-
cianda. Sic aīa peccatoris i die
qua ignorat: ⁊ hora qua neſcit:
rapitur a morte: ⁊ ſegregatur a
corpe: pergitqꝫ miſerijs plena:
tremēs: ac dolēs. Et cū nullā ex-
cuſatōem habeat: quā p pctis
ſuis poſſit oſ̄dere: ꝯtabeſcit: ⁊
ptimeſcit ante deū appere: igen-
ti horrore ꝯcutitur: ⁊ multiplici-
bus cogitationū eſtib⁹ agitatur
cū ingruente ſolutione carnis: ⁊
ſubductis e medio omnibus: ſe
⁊ illum terminū conſiderat: cui
appropinquat: ⁊ poſt paululū
hoc inuenit: qḋ iperpetuū mu-
tari non poterit: conſiderat pla-
ne qꝫ diſtrictius veniat etern⁹
iudex: ⁊ añ ſeueritatem tante iu-
ſtitie: quas rationes vite ſue po-
nat. Si enim cuncta opera: que
intelligere potuit: euitauit: vere

tura tamen coram diſtricto iudi
ce illa magis: que in ſemetipſa
non intelligit: pertimeſcit: creſcit
pauor: cum cogitat ꝙ viam vite
huius nequaq̄ʒ ſine culpa tran-
ſire potuit: nec hoc quidem qđ
laudabiliter vixit ſine aliquo re
atu eſt: ſi remota pietate iudice-
tur. Quis enim conſiderare va
leat: quanta mala per momenta
temporū perpetramus: ⁊ quan
ta bona facere negligimus? Si-
cut enim peccatum eſt perpetra
tio mali: ſicut delictum eſt deſer
tio boni. Grauis ſiquidem iactu
ra eſt cum nec bona facim⁹: nec
bona cogitamus: ſed cor noſtrum
per vana: ⁊ inutilia ſinimus va
gari. Nimis tamen difficile eſt
cor tenere: ⁊ ab illicita cogitatio
n: ſeruare. Nimis etiam diffici
le ē terrenas occupatiōes abſq̄ʒ
peccatis miniſtrare. Quapro-
pter nullus ſemetipſum compre
hendere perfecte poteſt: ⁊ diiu
dicare. Sed multis cogitationi-
bus occupatus ſibimetipſi ali-
quo modo manet icognitus: vt
omnino quod tolerat neſciat.
Quapropter vrgēte exitu ſub-
tiliori terretur metu: quia etſi il-
la: qui ſciuit: nunquā ſe preter-
miſiſſe meminit: formidat tamē
ea: que neſcit.

¶ De dignitate anime.
Capitulum. iij.

Aīa dei
inſignita imagīe
decorata ſimilitu
dine: diſponſata
fide: dotata ſpiritu: redēpta ſan-
guine: deputata cum angelis: ca
par beatitudinis: heres bonita-
tis: rationis particeps: quid ti-
bi cum carne: vnde tanta mala
pateris? propter carnem aliena
peccata tibi imputantur: ⁊ tunc iu
ſticie quaſi pānus mēſtruate re
putantur: atq̄ʒ tu ipſa ad nihilū
es redacta: ⁊ quaſi nihilū: ⁊ ina
ne reputata: nihil aliud eſt caro
cum qua tanta eſt tibi ſocietas:
niſi ſpuma caro facta: fragili ve
ſtita decore. Sed erit quidem ca
dauer miſerum: ⁊ putridum ⁊ ci
bus vermium: nam quantūcūq̄ʒ
excolatur ſemper caro ē. Si di
ligenter cōſideres quid per os:
⁊ nares: ceteroſq̄ʒ corporis mea
tus egrediatur: vilius ſterquili-
nium nunquā vidiſti: ſi ſingulas
eius miſerias enumerare velis:
q̄ʒ ſit onerata peccatis irretita

vitijs: pruriens concupiſcētijs: occupata paſſionibus: polluta illuſionibus: prona ſemper i malum: ⁊ in omne vitiū prodiuis: plenaq; omni confuſione ⁊ ignominia inuenies. Propter carnē homo vanitati ſimilis factus eſt quia ex illa vitium concupiſcentie traxit: quo captiuus tenetur: ⁊ curuatur vt diligat vanitatem ⁊ iniquitatem operetur. Attende homo quid fuiſti ante ortū: ⁊ quid es ab ortu vſq; ad occaſum: atq; quid eris poſt hanc vitam profecto fuiſti: qđ nō eras: poſtea de vili materia factus: ⁊ i viliſſimo pāno inuolutus: menſtruali ſanguine in vtero materno fuiſti nutritus: ⁊ tunica tua fuit pellis ſecunda: ſic indutus: ⁊ ornatꝰ veniſti ad nos: nec memor es q̄ȝ ſit vilis origo tui. Forma: fauor: populi: feruor: iuuenilis: opeſq;. Subripuere tibi noſcere quid ſit homo: nihil enim aliud eſt homo q̄ȝ ſperma fetidum ſaccus ſtercorum: ⁊ cibus vermium. Poſt hominem vermis: poſt vermē fetor ⁊ horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Unde ſupbit homo cuius conceptio culpa: naſci pena labor: vita neceſſe mori. Cur ergo ſuperbis homo? Attēde qđ fuiſti vile ſemen: ⁊ ſanguis coagulatus i vtero matris deinde miſerijs huius vite expoſitus: ⁊ peccato: poſtea v̄mis: ⁊ cibus vermiū futurus i tumulo. Quid ſuperbis puluis: ⁊ cinis cuius conceptus culpa naſci miſeria viuere pena: mori anguſtia? Cur carnē tuā precioſis rebus impinguas: ⁊ adornas: quā poſt paucos dies vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro. Aīam vero tuā nō adornās bonis operibus que deo: ⁊ angelis eiꝰ preſentanda ē in celis? Quare animā tuam vilipendis: ⁊ ei carnē pponis: dominā ancillari: ⁊ ancillā dominari: magna abuſio ē. Totus quidem iſte mundus ad vnius aīe precium extimari nō pōt: non eni pro toto mūdo deꝰ aīam ſuam dare voluit: quā pro aīa humana dedit. Sublimiꝰ ergo eſt anime preciū: que nō niſi ſanguie xpi redimi pōtuit. Quā ergo cōmutationē dabis pro aīa tua: q pro nihilo das illā: nonne dei filiꝰ: cū eſſet in ſinu patris: a regalibus ſedibus pro ea deſcēdit: vt eā liberaret a ptāte dia-

boli? Quã cũ vidiſſet peccatoꝝ
funib⁹ irretitã: iãiãq; demonib⁹
tradẽdã: vt morte ꝑpetua dãna
ret̃: fleuit ſup illã q̃ flerẽ ſe neſcie
bat: nec ſolum fleuit: ſꝫ ẽt occidi
ſe ꝑmiſit: vt ſui precioſi ſanguis
precio eã redimeret: aſpice mor
talis pro te dat̃ hoſtia talis. A⸗
gnoſce hõ q̃ꝫ nobilis ẽ aĩa tua:
⁊ quã grauia fuerint eius vul⸗
nera: ꝑ quibus neceſſe fuit xp̃ꝫ
dñm vulnerari. Si non eſſent:
hec ad mortem: ⁊ mortẽ ſempi⸗
ternã: nunq̃ꝫ pro coꝝ remedio
dei filius moreret̃: noli ergo vi
lipendere aĩe tue paſſionẽ. Cui
a tãta maieſtate: tanta vides ex
hiberi cõpaſſionẽ fudit ipſe la
chrymas ꝑ te: laua ⁊ tu ꝑ ſingu
las noctes lectũ tuũ cordis com
punctione: ⁊ lachrymaꝝ aſſ duí
tate: fudit ipſe ſanguinẽ ſuũ: fun
det tu tuũ quotidiana corporis
afflictione. Quẽ ſi ſemel pone⸗
re pro xp̃o nõ potes ſaltẽ mitio
ri quodã ſed longiori martyrio
pone. Noli attendere qd caro
velit: ſed q ſpũs poſcit. Luc. n.
glioſus erit: cũ ad dñm ſuũ re⸗
dierit. Ita tamen ſi de corpore
nullũ pcm̃ ſecum tulerit: ⁊ de⸗
terſerit oẽ ſordidum. Si Ro di

cis durus eſt hic ſermo: nõ poſ
ſum mundũ ſpernere: ⁊ carneꝫ
meam odio habere. Dic mihi
vbi ſunt amatores mundi q añ
pauca tpa nobiſcũ erant? nihil
ex eis remãſit niſi cineres ⁊ ver
mes. Attẽde diligenter qd ſunt
vel qd fuerũt hoĩes fuerũt ſicut
tu comederũt: biberũt: riſerunt:
duxerũt i bonis dies ſuos: ⁊ in
puncto ad iferna deſcẽderũt: h
caro coꝝ v̾mib⁹ ⁊ illic aĩe igni⸗
bus deputant̃: donec rurſus iſe
lici collegio colligati ſempiter⸗
nis iuoluant̃ incẽdijs: qui ſocij
fuerunt i vitijs. Una nãq; pena
implicat: quos vnus amor i cri
mine ligat. Quid ꝓfuit illis ina⸗
nis gloria: breuis leticia: mundi
potentia carnis voluptas: falſe
diuitie: magna familia: ⁊ mala
cõcupiſcentia. Ubi riſus: vbi io
cus: vbi iactãtia: vbi arrogãtia:
de tanta leticia quanta triſticia:
poſt tantillam voluptatẽ: tã gra
uis miſeria: de illa exultatione
ceciderũt in magnã miſeriã: in
grandem ruinã ⁊ i magna tor⸗
menta. Quicqd illis accidit tibi
accidere poteſt: q: hõ es. Hõ de
humo: limus de limo: de terra
es: de terra viuis: ⁊ i terram re

ſterteris: qñ venerit dies illa vl-
tima: q ſubito veniet: forſitã ho-
die erit. Certũ ẽ qđ morieris: ſ3
incertũ qñ: aut quõ: aut vbi qñ
mors vbiq3 te expectat. Tu quo
q3 ſi ſapiẽs fueris vbiq3 eã ex-
pectabis: ſi carnẽ ſeqris punie-
ris i carne: ſi i carne delectaris:
cruciaberis i carne: ſi curioſas
veſtes reqris: pro ornatu veſtiũ
ſubter te ſterneť tinea: ⁊ opimẽ
tũ tuũ erunt v̄mes. Juſticia dei
aliud iudicaꝛ nõ põt: niſi qđ me-
reńť opa nr̃a. Qui eni plus dili-
git mũdũ q̃3 deũ: ſeculũ q̃3 clau-
ſtrũ: gulã q̃3 abſtinentiã: luxuriã
q̃3 caſtitatẽ: ſeqtur diabolum: et
ibit cũ eo in ſuppliciũ eternum.
Quis putas tũc meror erit: in
qs luctus: que triſticia: cũ ſepa-
buńť iuſti a cõſortio iuſtoꝝ: ⁊ a
viſione dei: ⁊ tradeńť in poteſta
tẽ demonũ: ⁊ ibunt cũ ipſis in
ignẽ eternũ: ibiq3 ſemp erũt ſi-
ne fine i luctu: ⁊ gemitu: procul
qppe a btã paradiſi pr̃ia exuleſ
cruciabuńť in gehẽna ppetua:
nunquã lucẽ viſuri: nunquã re-
frigeriũ adepturi. S3 per millia
millium annoꝝ in iferno cruciã-
di: nec inde vnquã liberãdi: vt
nec q torquẽt aliqñ fatigeńť: nec
qui torquentur aliquãdo moriã-
tur. Sic enim ignis ibi cõſumit:
vt ſemper reſeruet: ſic tormenta
aguntur: vt ſemp renouentur:
iuxta vero qualitatẽ culpe penã
ſubſtinebit vnuſqſq3 gehẽne: ⁊
ſimilis culpe rei ſuis ſimilibus
iungeńť cruciandi. Nihil aliud
ibi audieť niſi fletus: ac plãctus
gemitꝰ: ⁊ vlulatus merores: atq3
ſtridores dentiũ. Nihilq3 ibi vi-
debiť niſi vermes: ⁊ laruales fa
cies tortoꝝ: atq3 teterrima mon
ſtra demonioꝝ. Vermes crude-
les mordebũt intima cordis: hic
dolor: inde pauor: gemitꝰ ſtupor:
⁊ timor horrens. Ardebũtq3 mi-
ſeri i igne eterno i eternũ: ⁊ vl-
tra: i carne cruciabuńť per ignẽ
i ſpiritu p cõſcientie vermẽ: ibi
erit dolor intollerabilis. Timor
horribilis: fetor icomparabilis:
mors aie: ⁊ corporis ſine ſpe ve-
nie: ⁊ miſericordie. Sic tñ morien
tur: vt ſemp viuãt: ⁊ ſic viuẽt: vt
ſemp moriańť. Ita aia peccato-
ris aut i inferno ꝓ peccatis cru-
ciatur: aut ꝯuerſa a peccatis in
paradiſo ꝓ bonis meritis collo-
cať. Nũc ergo alteꝝ e duobus
eligamus: aut ſemp cruciari cu3
ipſis: aut ſemp letari cum ſan-

ctis. Bonum ſiquidem: ⁊ malũ vita: ⁊ mors ante nos ſunt poſi ta: vt ad quod voluerimus ma num extẽdamus. Sicut tormen ta non terrent nos ſaltem inui- tent premia.

¶ De premio patrie celeſtis.
Capitulum. iiij.

PRemiuz eſt videre deũ: viuere cũ deo: viuere de deo: eſſe cũ deo: eſſe in deo: qui erit oĩa in oĩbus: hr̃e deum qui eſt ſummũ bonũ: ⁊ vbi eſt ſummũ bonum: ibi eſt ſũma felicitas: ſũ ma iocũditas: vera libertas: p- fecta charitas: ⁊ ſecura eterni- tas: ibi eſt vera letitia: plena ſci entia: oĩs pulchritudo: ⁊ oĩs bti tudo. Eſt ibi pax: pietas: boni- tas: lux: virtus: honeſtas: gau- dia: letitie dulcedo: vita perẽnis gloria: laus: requies: amor ⁊ cõ cordia dulcis. Sic cũ deo homo beatus erit in cuius ↄſcĩa petm̃ inuentũ nõ fuerit videbit deum ad voluntatẽ: habebit ad volu ptatem: fruetur ad iocũditatem in eternitate vigebit: in veritate fulgebit: in bonitate gaudebit: ſic habebit pmanẽdi eternitatẽ: ſic cognoſcendi felicitatẽ: ⁊ re quieſcendi felicitatẽ. Cuius ſiq dem erit illius ſcẽ ciuitatis: cu- ius angeli ciues ſũt deus pater templũ: filius eius ſplendor: ſpi rituſſanctus charitas: o ciuitas celeſtis manſio ſecura: pria fer tilis: ⁊ ampla totũ cõtinens qđ delectat populus ſine murmu- re: incole quieti: hoĩes nullã in- digentiã habentes. Quã glio ſa dicta ſunt de te ciuitas dei: ſi- cut letantiũ oĩum habitatio ẽ in oẽs letantur in letitia: ⁊ exulta- tione: oẽs delectanť de deo: cu- ius aſpectus pulcher: facies de cora eloquiũ dulce delectabilis eſt ad videndũ: ſuauis ad biben dũ: dulcis ad pfruendũ: ipe per ſe placet: ⁊ p ſe ſufficit ad meri- tũ: ⁊ ſufficit ad premiũ: nec ex- tra illũ quicq̃ queriť: q2 totum in illo inuenitur: qcquid deſide rať: ſp libet eũ aſpicere: ſp hr̃e: ſp in illo delectari: ⁊ in illo per- frui: in illo clarificať itellectus: ⁊ purificať affect⁹ ad cognoſcẽ dũ: ⁊ diligẽdũ veritatẽ. Et hoc ẽ totũ bonũ hoĩs noſſe. ſ. ⁊ ama re creatorẽ ſuũ. Que ergo nos tangit veſania vitiorum ſinre ab-

ſinthiũ: huius mũdi ſequi naufragiũ: vite labentis pati infortuniũ? Impie tyrannidis ferre dñium: ⁊ nõ magis ꝯuolare ad ſcõꝝ felicitatẽ: ad angeloꝝ ſocietatẽ: ad ſolẽnitatẽ ſupne letitie: ⁊ ad iocũditatẽ ꝯtemplatiue vite vt poſſimus itrare in potentias dñi: ⁊ videre ſupabũdãtes diuitias illas bonitatꝫ eius? Ibi vacabimus: ⁊ videbimꝰ q̃ꝫ dulcis eſt dñs: ⁊ q̃ꝫ magna multitudo dulcedĩs eius. Videbimus glie decorẽ: ſanctoꝝ ſplẽdorẽ: ⁊ regie pñtatis honorẽ: cognoſcimꝰ pr̃is potentiã: filij ſapientiã: ſpũſſci benigniſſimã clemẽtiam: ⁊ ita ĩhabitemus notitiaꝫ illius ſũme trinitatꝫ: nũc corporã p̱ corpus videmꝰ: imagines ẽt corpoꝝ ſpũ cernimꝰ: tunc vero ipaꝫ veritatẽ puro mentis intuitu videbimꝰ. o btã viſio videre deũ in ſeipſo: videre in nobis: ⁊ nos in eo felici iocũditate: ⁊ iocũda falicitate. Quicqd deſiderabimꝰ totũ habebimus nihil amplius deſiderantes: ⁊ quicquid videbimus amabimꝰ ipo amore bti: beati dulcedine amoris: ⁊ ſuauitate ꝯtemplationis. Hec erit ſũma illius contẽplationis: hec erit ſumma illius felicitatꝫ: qm̃ intelligetur in ſuo puro eſſe ſincera diuitas: cõprehendetur in eo icomp̱henſibilis trinitas. Patebunt archana diuinitatꝫ: videbitur ⁊ amabitur deus: ⁊ hec viſio: ⁊ delectatio totũ cor hois implens: ⁊ ſatians tota erit illius beatitudis conſumatio. Una erit oiuꝫ lingua: iubilatio ideſeſſa: vnus affectus: amor eternus: patebit veritas: implebit charitas: ⁊ erit itegra corporis: ⁊ aie ſocietas: fulgebit ſicut ſol humanitas glorificata. Quieta erit: ⁊ concors carnis ⁊ ſpũs ſanitas: angeloꝝ: ⁊ hominum vnũ erit gaudiũ: vnum colloquium: vnum ꝯuiuium: non languebit amor: nec liquefiet dilectio pñtibus oibus bonis: nulla erit dilatiõis afflictio: qm̃ btifica diuine maieſtatis pñtia oibus erunt oia: ⁊ erit cõmunis oiuꝫ oipotentia: ſapiẽtia: pax: ⁊ iuſtitia: ⁊ itelligentia: non erit ĩ illa pace diuerſitas liguarum: ſed pacifica: ⁊ concors ⁊ cõcordia morum: ⁊ affectuũ. In torrente illius voluptatꝫ nihil vltra appetet cumulata ſatietas: tãta erit felicitas. Ibi ſiquidem

erit cumulus felicitatis: ſupemi
nens glīa: ⁊ ſupabundās lencia
Sȝ ad hec qs idoneus: ꝑfecto
ver⁹ penitēs: bonus obediens:
amabilis ſoci⁹: fidelis ſuus. Ve
rus penitēs: ſemꝑ i laboꝛe ⁊ do
loꝛe: dolet de ꝑteritis: laborat ꝓ
futuris cauēdis. Vera ſiqdē pe
nitētia ē ſine tpis itermiſſiōe de
peccatis dolere. Sic plāgit cō-
miſſa vt cōmittat plāgenda: irri
ſoꝛ nāqȝ ē: ⁊ nō ver⁹ penitēs: q
adhuc agit: qd̄ peniteat. Si er-
go vis ver⁹ penitēs eſſe ceſſa a
pctō. ⁊ noli ampli⁹ peccare qm̄
inanis ē pnīa: quā ſequēs coinq
nat culpa. Bon⁹ obediēs dat ſu
um velle: ⁊ ſuuȝ nolle: vt poſſit
dicere: paratū coꝛ meū de⁹: pa-
ratū coꝛ meū. Paratū qd̄cunqȝ
ꝑcepis facere: paratū ad nutum
nutu citi⁹ obedire: paratū tibi va
care: ꝓximis miſtrare: meipm̄
cuſtodire: ⁊ i celeſtiuȝ ꝯtēplatōe
requeſcere. Amabilis ſoci⁹ oib⁹
ē officioſus: ⁊ nulli oneroſus: de
uot⁹ ad deū benign⁹ ad ꝓximū
ſobri⁹ ad mūdū: dn̄i ſu⁹: ꝓximi
ſoci⁹: mūdi dn̄s. Supioꝛa hȝ ad
gaudiū: eq̄lia ad ꝯſoꝛtiū: iferioꝛa
ad ſeruitiū: nulli ē oneroſus: ſed
iferioꝛa redigit ad vtilitatē me-
dioꝝ: ⁊ ad honoꝛē ſupioꝛū ſupe
rioꝛa ſequēs: iferioꝛa trahēs: ab
illis poſſeſſus: iſta poſſidēs: fide
lis ſuus ē i ꝯtemplatione dei: ⁊
cuſtodia ſui. Cuſtodie te intelli-
gēs te nūqȝ poſſe ſufficere ad te
cuſtodiēdū tua iduſtria: diuinā
iploꝛa clemētiā: itaqȝ ad ꝯtēplā
dā i te creatoris tui volūtatē bo
nā: ⁊ bn̄placentē: atqȝ ꝑfectā: an
gelicā exoꝛa tutelā: patrociniūqȝ
oium cū xp̄o regnātū ſup te ro
ga: curre ꝑ ſingulos: ſupplica ſin
gulis: ⁊ ſimul oib⁹ clama ⁊ dic
miſemini mei: miſemini mei ſal
tē vos amici mei: recipite fugiti
uū veſtrū ſȝ fratruelē: ſȝ ꝯſangui
nē i ſanguie redēptoꝛis. En pau
per ſtat ad hoſtiū clamat: ⁊ pul-
ſat: apite pulſāti: ⁊ ꝯducite eū vſ
qȝ ad regē vt ꝓſtrat⁹ coꝛā eo iu
dicē ei oēs miſias: ⁊ oēs neceſſi
tates: qs patioꝛ. Ad extremū do
p̄lato tuo coꝛ tuū cum oi igenio
ꝯſigna nullū i eo remaneat pec
catū: qd̄ nō pura ꝯfeſſiōe deleat.
Jeſū xp̄ȝ ēt ſup coꝛ tuū ſic ſigna
culū pone. Cū.n. xp̄s coꝛdis ho
ſtiū cuſtodit: ⁊ ē coꝛdis hoſtiari⁹
vt p illū igrediātur: ⁊ egrediant
oēs familie coꝛdis ꝯſequēter ad
ſunt milia miliū angeloꝝ ad ſo-

res exterioꝝ ſenſuū excubantiū
nec audet alienigena irrumpere
terribiles illas acies ꝓpter ho-
ſtiarij reuerentiā: ⁊ angeloꝝ cu
ſtodiam.

¶ Quō hō dꝫ ſe examiare. C. v.

Integrita
tiſ tue curioſus ex
ploꝛatoꝛ vitā tuā
in quotidiana di-
ſcuſſione examia. Attēde diligē
ter quantū ꝓficias: vel quantuꝫ
deficias: q̄lis ſis ī moribꝰ: ⁊ q̄lis
ī affectibꝰ: q̄ꝫ ſilis ſis deo: vel q̄ꝫ
diſſimilis: quā ꝓpe: vel quā lōge
nō locoꝝ īteruallis: ſꝫ moꝝ affe
ctibus. Stude cognoſcere te: q2
multo melioꝛ ⁊ laudabilioꝛ es ſi
te cognoſcis q̄ꝫ ſi te neglecto co
gnoſceres curſum ſiderū vires
herbaꝝ: cōplexiōes hoium na-
turas aīaliū: ⁊ haberes oīuꝫ ce-
leſtiū: ⁊ terreſtriū ſciam. Red-
de ergo te tibi ⁊ ſi nō ſemꝑ: vel
ſepe: ſaltē īterdū. Rege tuos af
fectus: dirige actꝰ: corrige greſ-
ſus: ī te nihil remaneat ī diſcipli
natū: pone oēs trāſgreſſiōes tu-
as an̄ oculos tuos. Statue te an̄
te tanq̄ꝫ an̄ aliū: ⁊ ſic temetipm
plāge. Ploꝛa iniq̄tates: ⁊ pecca
ta: qbꝰ deū offendiſti: īdica ei mi
ſerias tuas: oſn̄de illi malicias ad
uerſarioꝝ tuoꝝ. Cūq3 corā eo ī
lachꝛymis te maceraueris ꝑcoꝛ
te: vt memoꝛ ſis mei. Ego. n. ex
quo cognoui te ī xp̄o diligo te: ⁊
illuc mentionē tui ꝯfero: vbi ⁊ il
licita cogitatio ſuppliciuꝫ: ⁊ ho
neſta ꝑmeret̄ ꝑmiuꝫ: Ad altare
nāq3 dī cū ꝑcōr ſto. ſꝫ ſacerdos
tui me comitat̄ memoꝛia. Tu ꝟo
mihi vicē reddes: ſi me amaue
ris: ⁊ oronū tuaꝝ pticipem fece
ris: ibi recoꝛdatoē tecū eſſe p̄ns
ꝯſidero: vbi ꝓ te: ⁊ tuis familia-
ribꝰ ꝺuotas ꝑces corā deo fun-
dis: nec mireris ſi dixi p̄ns: q̄m
ſi me amas: iō amas: q2 imago
dei ſum: ita tibi ꝑſens ſum: vt tu
ipſe tibi. Quicqd eni tu es ſub-
ſtātialiter: hoc ego ſum. Imago
eni dei eſt oīs aia rōnalis: ꝓin-
de q in ſe imaginē dei querit: tā
ꝓximū q̄ꝫ ſe querit. Et q illaꝫ in
ſe querendo inuenerit: in oī hoie
eaꝫ cognoſcit. Viſio eni aie itel
lectꝰ eſt. Si ergo te vides: me vi
des: q2 nihil aliud ſum q̄ꝫ tu: ⁊ ſi
deū diligis: me imaginē dei dili
gis: ⁊ ego te diligēdo dei diligo
ī te. Et ita dū vnū q̄rimꝰ: ⁊ ad
vnū tēdimꝰ: ſꝑ inicē ꝑſentes ſu-

mus:ſed in deo: in quo nos di
ligimus.

¶ Quod homo debet eſſe in-
tentus pſalmodie. Cap. vj.

Cum ad
orandū:ſiue ad
pſallendum in ec
cleſiam intraue-
ris fluctuantium cogitationum
tumultus exterius relinque: cu
ráq₃ exteriorum penitus obli-
uiſcere: vt ſoli deo poſſis vaca
re. Fieri.n.non poteſt: vt aliq̄s
cum deo loquatur: qui cum to-
to mundo ēt tacens fabulatur.
Intende ergo illi: qui intendit ti
bi: audi illum loquēté tibi: vt ip
ſe exaudiat te loquentē ſibi: vt
ita fiet ſi diuinis laudibus ſolué
dis debita reuerentia: ⁊ ſollici-
tudine aſſiſtas: ſuper ſingulas
verba diuine ſcripture diligen
ter attendas. Non qd ego iſta
faciam: que dico: ſed quod face
re vellem: ⁊ non feciſſe penitet:
⁊ non facere piget. Tu vō: cui
maior gratia conceſſa eſt votis
⁊ precibus pias aures domini
ad te flecte lachrymis: ⁊ ſuſpi-
rijs: ⁊ pro tuis exceſſibus illum
clementer exora: atq₃ canticis
ſpūalibus in operibus ſuis illū
lauda: ⁊ glorifica. Nil enim ma
gis ſupernis ciuibus ſpectare
libet: nil regi ſummo iucundius
exhibetur ſicut ipſe teſtat̄. Sa-
crificium laudis honorificabis
me. O q̄₃ felix eſſes: ſi ſpūalib⁹
oculis ſemel intueri poſſes: quo
modo preueniunt principes cō
iuncti pſallentibus in medio iu
uencularum tympaniſtriarum.
Videres procul dubio qua cu-
ra: quoue tripudio interſunt cā-
tantibus: aſſiſtunt orantibus ad
ſunt meditātibus ſuperſunt que-
ſcentibus: prouidentibus: atq₃
procurantibus preſunt. Diligūt
quidem ſuos conciues ſuperne
poteſtates. Et pro his qui here
ditatem capiunt ſalutis ſollicite
congaudent: ⁊ confortant: iſtru
unt: protegunt: prouidētq₃ om
nibus omnes. Ipſi enim deſide
rant aduentum noſtrum: quoni
am ipſi de nobis expectant ciui
tatis ſue ruinas reſtaurari. Di-
ligenter querunt: ⁊ libenter au
diunt bona de nobis: ſolliciti di
ſcurrūt medij inter nos ⁊ deū
noſtros gemitus fideliter ad eū
portantes ipſius gratiam nobiſ
deuotiſſime portantes. Non de

dignabuntur

dignabunt eſſe ſocij noſtri qui iam facti ſunt miſtri noſtri. Exaltare eos fecimus: quando cōuerſi ſumus ad penitentiā. Feſtinemus ergo de nobis eoꝛum letitiam adimplere. Ve tibi quicunqꝫ es: qui deſideras redire ad vomitum: reuerti ad lutum. Putaſne placatos habebit eos in iudicio: quos tanto: ⁊ tā diu ſperato priuare vis gaudio? Exultauerunt quando venim⁹ ad religionem tanq̄ ſuper his: quos ab ipſa inferni poꝛta cernerent reuocatos. Quid vero tunc erit: ſi ab ipſa ianua paradiſi viderint redire: ⁊ retroꝛſū abire eos: qui iam alterum pedem habent in celo? Nā ſi coꝛpoꝛa habemus in terris: ſed coꝛda ſurſum habeamus. Curramus ergo non paſſibus coꝛporis: ſed affectibus: ſed deſideriis: ſed ſuſpirijs? quoniam non ſolum angeli: ſed angeloꝝ creatoꝛ nos expectat. Expectat nos deus pater tanq̄ filios: ⁊ heredes: vt conſtituat nos ſuper omnia bona ſua: expectat nos dei filius tanquā fratres: ⁊ coheredes: vt fructum ſue natiuitatis ⁊ preciū ſui ſanguinis deo patri offerat. Expectat nos ſpiritus ſanctus. Ipſe ſiquidem eſt bōitas: ⁊ benignitas: in qua ab eterno pꝛedeſtinati ſumus: nec dubium quin pꝛedeſtinationem ſuam adimpleri velit. Ergo q: ois celeſtis curia expectat nos: ⁊ deſiderat: deſideremus eam quanto poſſumus deſiderio.

Cum magna nanqꝫ confuſione: ⁊ ruboꝛe ad illam veniet: quiſquis videre eam vehementer non deſiderat. Quicunqꝫ vero iugi oꝛatione: ⁊ aſſidua cogitatione in illa conuerſatur: et ſecurus hinc egreditur: ⁊ cum magna letitia recipietur in illa. Vbicunqꝫ ergo fueris: infra temetipſum oꝛa. Si longe fueris ab oꝛatoꝛio: noli querere locū: quoniam tu ipſe locus es: ſi fueris in lecto: aut in alto loco: oꝛa: ⁊ vbi eſt templum frequenter oꝛandum: ⁊ flexo coꝛpoꝛe mens eſt erigenda ad deum. Sicut. n. nullum eſt momentum quo homo non vtatur: vel fruatur dei bonitate: ⁊ miſericoꝛdia: ſic nullum debet eſſe momentū: quo eum pꝛeſentem non habeat in memoꝛia. Sed dices ego quottidie oꝛo: ⁊ orationis mee nullū

fructum video:ſed ſicut accedo
ad illam:ſic ⁊ redeo:nemo mi-
hi reſpondet:nemo loquitur:ne
mo quippiam donat:ſed incaſ-
ſum laboraſſe video:ſic loqui-
tur humana ſtultitia:non atten-
dens quid inde veritas promit
tant dicens. Amen dico vobis:
q: quicquid orantes petitis cre
dite:quia accipietis : ⁊ fiet vo-
bis:noli ergo vilipendere ora-
tionem tuam : quoniam ille ad
quem oras:non vilipendit eam:
ſed antequã egrediatur de ore
tuo:ipſe ſcribi eã iubet in libro
ſuo. Et vnum e duobus indubi
tanter ſperare debemus:quoni
am aut dabit nobis quod peti-
mus:aut quod videt eſſe vtili-
us. Cogita igitur de deo: quic-
quid deterius vales:de te vero
⁊ de illo amplius credere debes
q̃ cogitare potes. Omne tem-
pus in quo de deo non cogitas
hoc te computes perdidiſſe.
Omnis ſiquidem res aliena eſt
a nobis:tempus autem tantum
noſtrum eſt. Uaca ergo deo : ⁊
vbicunq; fueris ibi totus eſto.
Noli te rebus tradere:ſed com
mendare. Quocunq; loco con
ſiſtis:cogitationes tuas iacta in
deum:⁊ aliquid ſalutare in ani-
mo tuo verſa. Omnis ſiquidẽ
locus ad meditandum congruus
eſt. Tota ergo facultate animũ
colligens libere tecum habita :
⁊ in latitudie cordis tui deam-
bulans:ibidem cenaculum grã
de ſtratum xp̄o exhibe. Mens
nãq; ſapientis ſemper eſt apud
deum. Illum ſemper ante ocu-
los habere debemus:per quẽ
ſumus:viuimus: ⁊ ſapimus: ipſũ
nãq; vt eſſemus:habemus au-
ctorem:ipſum autem vt ſapientes
ſimus: debemus habere docto
rem : ⁊ vt beati ſimus : eterne
ſuauitatis largitorem . Et in hoc
imaginem eius:hoc eſt illius ſũ
me trinitatis in nobis cognoſci
mus:nam ſicut ille eſt:⁊ ſapiens
eſt:⁊ bonus eſt:ſic ⁊ nos ꝓ mo
dulo noſtro: ⁊ ſumus:⁊ nos eẽ
ſcimus: ⁊ idem eſſe: ⁊ noſſe di-
ligimus. Utere igitur teipſo ve
lut dei templo:propter illud qđ
in te eſt ſimile deo:honor ſiqui
dem deo ſummus eſt:illum ve-
nerari ⁊ imitari. Imitaris ſi pi
us es. Templum enim ſanctum
eſt deo mens pia:⁊ altare opti-
mum cor eius:veneraris ſi miſe
ricors es:ſicut ipſe omnibus mi

ſericoꝛs eſt. Hoſtia ſiquidem ac
ceptabilis eſt deo: facere bonu3
omnibus pꝛo deo: fac omnia ſi
cut filius dei: vt dignus ſis eo:
qui te dignatus eſt filium voca-
re. In omnibus vero que agis
deum eſſe pꝛeſentem cognoſce:
caue ergo ne in eo qđ male de
lectat: vel viſio tua: vel cogita-
tio tua remoꝛetur: nec dicas: ne
q3 facias quod non lz: etiam ſi li
bet: nec aliquo facto vel ſigno
deum offendas: qui vbiq3 pn̄s
cernit quicquid facis. Magna
cuſtodia tibi neceſſaria eſt: quo
nia3 omnia agis ante oculos iu
dicis cuncta cernentis. Cum il-
lo tamen es ſecurus: ſi talem te
pꝛeparaueris: vt tecum adeſſe
dignetur. Si tecum non eſt per
gratiam: adeſt tamen per vindi
ctam. Sed ve tibi ſi ita tecum ē
Immo ve tibi ſi ita tecum non
adeſt. Illi nanq3 iraſcitur deus:
quem peccantem non flagellat:
nam quem flagellando: nō eme
dat: in futuro damnat.

¶ Moꝛtis conſideratio.
Capitulum. vij.

c Ertum eſt
qm̄ vbiq3 minatur
tibi: diabolus inſidiatur vt rapi
at animam tuam quando egre
dierꝭ de coꝛpoꝛe: tu vō noli time
re qm̄ deus: qui in te habitat: ſi
tū in te habitat: eripiet te a moꝛ
te: ⁊ a demone. Fidelis. n. ſociuſ
eſt: nec deſerit ſpantes in ſe: niſi
ipſe pꝛioꝛ deſeratur. Deſeritꝭ au
te3 cū coꝛ per pꝛauas: ⁊ inutiles
cogitatiōes vaga mente diſcur-
rit. Idcirco oī ſollicitudine: ⁊ cu
ſtodia iſtud cuſtodire ⁊ tenere
debes: vt in illo deus requieſce
re poſſit. In omni nanq3 creatu
ra: que ſub ſole mundi vanitati
bus occupatꝭ nihil humano coꝛ
de ſublimius: nihil nobilius: ni-
hil deo ſimilius reperitꝭ. Qua
ꝓpter nihil aliud querit a te niſi
coꝛ tuū. Mūda ergo illud per
purā ꝯfeſſionē: ⁊ aſſiduā oro-
nē: vt mūdo coꝛde deu3 videre
poſſis p ꝯtinuā dei circūſpectio
nē. In oī loco eſto ei ſubiectus:
⁊ intētus: cōpone moꝛes tuos:
vt ſibi te placatꝰ: dilige oēs ho
mines: ⁊ oībus te amabilē exhi
be: vt ſis pacificus: ⁊ dei filius.
Sic eris bonꝰ monachꝰ: ⁊ ſcūs
humilis: ⁊ rectus: ⁊ cu3 talis fue
ris: memento mei. Ve mihi: q
iſta dico: ⁊ iſta non facio: etſi fa

cio aliquádiu nõ perſeuero.
Iſta habeo in memoria: ⁊ non
ſeruo in vita: habeo in ſermo-
nibus: ⁊ non moribus. Legem
in corde: ⁊ in ore tota die rumi-
no: ⁊ contraria legi ago: le-
go de religione in ea: ⁊ plus di
ligo lectionem: q̃ orationẽ: ve
runtamẽ nil aliud me docet di
uina ſcriptura niſi religionem
amare: veritatem ſeruare: cha-
ritatem habere. Ego autem mi
ſer: ⁊ miſerabilis citius curro
ad lectionem: q̃ ad orationem
libentius volo legere: q̃ miſſas
auſcultare. Expectat me aliquis
volens de neceſſitate ſua mihi
loqui: ego vero librum aliquem
accipio: quem ille vel ille vellet
habere: lego in eo ⁊ legendo a-
mitto fructus charitatis: pieta-
tis affectus compunctionis fle
tus: miſſarum vtilitatem: ⁊ cele
ſtium contemplationem. Nil ta
men in hac vita dulcius ſenti-
tur: mihi lauidius ſumit: nil ita
mentem ab amore mundi ſepa
rat: nil ſic animum contra tem-
ptationes roborat: nil hominẽ
ita excitat: ⁊ adiuuat ad omne
opus bonum: ⁊ ad omnem la-
borem: q̃ gr̃a contemplatiõis.

## ¶ Qualiter homo debeat in- tente orare. Cap. viij.

MIſerere mei deus: quoni
am ibi plus pec-
co: vbi peccata
mea emendare debeo. In mo-
naſterio nanq; ſepe dum oro:
non attendo quod dico: oro qui
dem ore: ſed mente foris vagan
te orationis fructu priuor: cor-
pore ſum interius: ſed corde ex
terius: ⁊ ideo perdo quod dico
parum enim prodeſt ſola voce
cantare: ſine cordis intentione.
Propterea magna peruerſitas
imo magna inſania eſt quando
cum domino maieſtatis loqui i
oratione preſumimus: ⁊ inſen-
ſati mentẽ auertimus: ⁊ neſcio
ad quas ineptias conuertimus
cor. Magna quoq; inſania: et
grauiter vindicanda: cum vilis-
ſimus puluis: loquentem ad ſe
audire dedignatur creatorẽ vni
uerſitatis. Ineffabilis vero eſt
dignatio diuine bonitatis: que
quotidie conſpicit nos infeli-
ces: aures auertentes: obduran
tes corda: ⁊ nihilominus clamat
ad nos dicens. Reddite preua

ricatores ad cor vacate: ⁊ videte quoniam ego ſum deus. Loquitur mihi deus in pſalmo: et ego illi: nec tamen cum pſalmuꝫ dico attendo cuius pſalmus ſit. Idcirco magnam iniuriam deo facio: cum illum precor vt meaꝫ precem exaudiat: quā qui fundo non audio. Deprecor illum: vt mihi intendat: ego vero nec mihi: nec illi intendo: ſed quod deterius eſt immunda: ⁊ inutilia in corde verſando: fetorem horribileꝫ eius aſpectibus ingero.

## ¶ De inſtabilitate cordis humani. Capitulum. ix.

NIhil eſt in me corde meo fugatius: q2 quotiens me deſerit: ⁊ per prauas cogitationes defluit: totiens deum offendit: cor meum eſt: cor vanum: vagum: ⁊ inſtabile: dum ſuo ducitur arbitrio: ⁊ diuino caret conſilio: in ſeipſo nō pōt conſiſtere: ſꝫ omni mobili mobilius per infinita diſtrahitur: ⁊ hac atqꝫ illac per innumera diſcurrit: ⁊ dum per diuerſa requiem querit: non inuenit: ſed in labore miſer: ac reque vacuum manet: ſibi non concordat: a ſe diſſonat: a ſe reſilit: voluntates alternat: conſilia mutat: edificat noua: deſtruit vetera: deſtructa reedificat: eadem iterum atqꝫ iterum: alio ⁊ alio mō mutat: ⁊ ordinat: q2 vult et nō vult: ⁊ nunqꝫ in eodem ſtatu ꝑmanet. Sicut enim molendinū velociter voluit: ⁊ nihil reſpuit ſed quicquid imponitur molit: ſi aūt nihil apponitur ſeipſuꝫ cōſumit: ſic cor meum inſtabile ſēper eſt in motu: ⁊ nūqꝫ requieſcit. Sed ſiue dormiam: ſiue vigilem: ſomniat: ⁊ cogitat quicqd ei occurrit. Et ſicut molendinū arena ſi imponatur extermiat: pix inquinat: palea occupat: ſic cor meum cogitatio amara turbat: immunda maculat: vana inquietat: ⁊ fatigat: ita cor meum dum futurum non curat gaudium: nec diuinum querit auxiliū ab amore celeſtium elongatur: ⁊ in amore terreſtrium occupatur. Cūqꝫ elabitur ab illis ⁊ inuoluitur in iſtis: vanitas illud recipit: curioſitas deducit: cupiditas allicit: voluptas ſe ducit: luxuria polluit: torquet īuidia: turbat iracundia cruciat triſtitia:

ſicq; miſeris caſibus ſubmergi
tur omnib⁹ vitijs: quoniā vnū
deum: qui ei ſuſtinere poterat
dimiſit: per multa diſpergitur ⁊
huc illucq; querit: vbi requieſ-
cere poſſit: ⁊ nihil īuenit: quod
ei ſufficiat: donec ad ipſum re-
deat. A cogitatione in cogitatio
nem ducitur: ⁊ per varias oc-
cupationes: ⁊ affectiones va-
riatur: vt ſaltem varietate ipſa-
rum rerum impleatur: quarum
qualitate ſaciari non poteſt: ſic
labitur cordis miſera ſubtra-
cta diuina gratia: cumq; ad ſe
vertitur: ⁊ diſcutit quod cogita
uit: nil reperit: qꝛ non opus fuit
ſed importuna cogitatio: que cō
ponit multa de nihilo: ſic deni-
q; decipit imaginatio quaſi de-
monium illuſio: impat mihi de⁹
vt prebeam illi cor meum: ⁊ qꝛ
imperanti deo non ſum obedi-
ens: ⁊ ſubditus: mihi ſum rebel
lis: ⁊ contrarius: vnde mihi ſub
iugari non potero donec illi nō
fuero ſubiectus mihiq; ſeruiā
nolens: qui ei nolo ſeruire vo-
lens: iccirco plura machinatur
cor meum vno momēto: q̄3 om
nes homines perficere poſſent
vno anno: cum deo non ſū vni
tus: ⁊ iō cū meipō ſum diuiſus.
Cū illo x̄po vniri nō poſſū niſi
p̄ charitatē: nec ſubijci niſi per
humilitatē: nec vere humilis eē
niſi p̄ veritatem. Expedit ergo
vt in veritate me diſcutiam: ⁊ co-
gnoſcam q̄3 vilis: q̄3 fragilis: ⁊
q̄3 labilis ſū. Deiñ cū oēs mi-
ſerias meas cognouero: neceſ-
ſe eſt vt illi inhereā: p̄ quē ſum:
ſine quo nihil ſum: ⁊ nihil face-
re poſſū. Et qꝛ a deo peccando
receſſi: niſi p̄ verā ꝯfeſſionē ad
illū redire nō poſſū. Fateri er
go oꝫ qḋ faciendū eſt qꝛ nunq̄3
eo modo: aut ea itentione: qua
peccaui pcā ꝯfeſſus ſum: oīum
recordatus ſū: aut ꝑpter vetu-
ſtatē: aut ꝑpter multitudinem.
Si aūt ꝯfeſſus ſū ꝑpter turpi
tudinē: ꝯfeſſionē ēt meā diui
ſi: vt diuerſis ſacerdotibus di-
uerſa manifeſtarē: ⁊ ita venia
carui: ad quā p̄ partes ꝑuenire
putaui. Execrāda nāq; fictio ē
pcīm diuidere: ⁊ ſuꝑficietenus
radere: nō itrinſecus eradicare.
Nō.n. vtilis ē ꝯfeſſio niſi i oīs
veritate: ⁊ cordis puritate: vt tres
ſint q̄ teſtimoniū nobis dicāt in
celo: pater: ⁊ filius: ⁊ ſpūſſāct⁹.
Addam⁹ teſtes ſacerdotes cor-

di noſtro:ꝛ ori:vt in ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtet oē verbū:ſed dicis ſufficit mihi ſoli deo ꝯfiteri:qꝛ ſacerdos ſine eo a peccatiſ me abſoluere nō pōt. Ad quod nō ego ſꝫ beatus Jacobꝰ reſpōdet dicēs. Cōfitemini alterutrū pcā veſtra. Cōueniens nāqꝫ ē:vt nos q peccādo deo cōtumaces fuimus:penitēdo ſupplices ſacerdotibꝰ:ꝛ miſtris eius ſimꝰ ꝛ hō q ad grām ꝯſeruandā mediatore nō eguit:iā eā recuperare nō niſi ꝑ mediatorem hoiem poſſit. Gemat ergo:ꝛ ſuſpiret ꝛ anxius ꝓ pcō timeat:ꝛ expaueſcat:ſollicitus diſcurrat:auxiliatores:ꝛ itercesſores querat:ꝓſternat ſe humiliter hoī:q humiliter aſtare noluit creatori.

Nā ꝛ hoc ſaluberrimū ē:vt hō corde peniteat:ꝛ ore delictū ſuū confiteaꝛ:quatenus deus q ꝓpitius adeſt ꝑ grām:cor ꝑ pniāꝫ cōpungat. deīde adſit:vt confitenti:pctōꝝ veniā tribuat. Quō ſi forte pctōr vere peniteat:ſed itercurrente articulo neceſſitatꝭ ad ꝯfeſſionē puenire nō poſſit:confidēter credere debemus:qꝫ ſūmus ſacerdos cōplet in eo qđ mortalis non potuit. Et iam apud deū factum cōſtat:qđ hō quidē vere voluit:ſꝫ non valuit adimplere:qꝛ confeſſionem nō contemptus excluſit:ſꝫ impediuit neceſſitas.

## ¶ De peccato non excuſando. Capitulum. x.

In capitulo,vbi pctā mea emendare debui peccatis peccata addidi. Cū de illis accuſatis fui aut aliquo modo excuſaui:aut ex toto negaui:aut qđ deterius ē defendi ꝛ īpatienter rñdi:cuꝫ nullū ſit pctm̄:a quo nō ſim ꝯtaminatus:aut ꝯtaminari nō poſſim. Juſtū ē ergo:vt oī occaſiōe remota emēdatiōem ꝓmittaꝫ vndecūqꝫ aut a quocūqꝫ accuſer:quatenus ſic liberari valeaꝫ a pcō ꝑpetrato:vel ꝑpetrando.

## ¶ Quam ſit malum alios non corrigere. Capitulum. xj.

MUltitudinem iniquitatuꝫ mearum expaueſcens alioꝝ trāſgreſſiones reprehendere timui ꝛ ideo morꝭ auctor extiti:qꝛ vi-

rus quod clamãdo expellere po
tui nõ expuli: indignatus ſuꝫ ad-
uerſus alios: q me ŏ vitijs meis
repꝛehendebãt: ⁊ quos amare de
bui: odiui: illa que mihi nocebãt
vel diſplicebant deſideraui: vt
nõ eſſent. Sciebã tamẽ qḋ i na
tura ſui erãt bona: ⁊ a bono fa-
ctoꝛe facta: ſꝫ ideo mihi nocebãt
q: malꝰ erã: ⁊ male illis vtebar.
Nihil enim mihi ꝯtrarium ẽ ni
ſi ego ipſe: mecũ eſt qcquid mi-
hi nocere poteſt: ⁊ ego ipſe mi-
hi ſarcina ſum. Optaui etiã: vt
deus peccata mea neſciret: aut
punire nollet: aut non poſſet: ⁊
ita volui deum eſſe inſipienteꝫ.
iniuſtum: ⁊ ipotentem: qḋ ſi eẽt:
deus nõ eſſet: non eſt ſupbia ſu-
per ſuperbiã meã: ꝓpterea lon-
ge a ſalute mea verba delictoꝛũ
meoꝛũ. Suſpecta eſt ſiqdeꝫ deo
ſuperbia ⁊ odioſa: nec fieri põt
vt cum eo i gratia reuertat̃. Di
uerſum vtriuſqꝫ hoſpitiũ: nec i
eodem cohabitant aĩo: qbus nõ
licuit cohabitare in celo. In ce-
lo nata ẽ: ſed velut imemoꝛ: qua
via inde cecidit: illuc poſtea re-
dire nõ potuit. Cum aũt pluuia
vel nimio frigoꝛe: aut caloꝛe tur
batus ſui: contra deũ iniqꝫ mur
muraui. Oia nãqꝫ: que ad vſuꝫ
vite accepimus: ad vſum culpe
conuertimus: quapꝛopter iuſtuꝫ
eſt: vt qui in cunctis peccauimꝰ:
i cunctis feriamur. ¶ Sepe ad
ſacrum myſterium vocem meã
fregi: vt dulcius cantarẽ: magis
delectabar in vocis modulatio
ne: qꝫ in coꝛdis compunctione.
Deus vero: cui non abſcondit
quicqd illicituꝫ perpetratur: nõ
querit vocis lenitatem: ſꝫ coꝛdis
puritatem: nã dum cantoꝛ mul-
cet populum vocibus: deum ir-
ritat prauis moꝛibus licentiã lo
quendi: vel aliquid faciendi ſe-
pe nimia impoꝛtunitate: vel cal-
liditate a ꝑlatis meis extoꝛſi:
nõ attendẽs miſer qm̃ ille ſe de-
cipit qui occulte vel apte ſatagit
vt hoc ei pater ſpiritualis iniũ-
gat: qḋ ipe deſiderat. Acum: vel
cultellũ: vel aliqd vile multotiẽs
nimiũ deſideraui: nec confeſſus
ſum: q: peccatũ non extimabam
ꝓpter rei vilitatẽ. Verũtamen
non multũ diſtat quecũqꝫ ſubſtã
tia vilis: vel precioſa reqrat̃: dũ
equaliter ſit coꝛruptus affectus
non enim cultellus i vitium eſt:
ſed cultelli appetitus: neqꝫ aurũ
in vitium eſt ſed auri cupiditas.

Jn labore non laboraui quantū debui: ⁊ quantum potui. Jn ſilētio etiam fui ocioſus: qđ ē maximum peccatum. Jn ſilētio nāq̄ nemo ſic debet eſſe ocioſus: vt in eodem ſilentio vtilitatem nō cogitet ꝓximi: nec ſic actuoſus vt contemplationem non requirat dei: parum enim proficit: qui alteri: cum pōt: non prodeſt. De vitijs me iactaui putās eſſe inſigne virtutis: vbi erat lapſus criminis. De virtutibus etiā vitia feci. Juſticia nāq̄: dum ſuū modum excedit crudelitatis vitiū gignit. Et nimia pietas diſſolutionem diſcipline parturit: ſic ſe ſepe vitiū ē: qđ virtus putatur. Sicut remiſſa ſegnicies māſuetudo creditur: ⁊ pigritie vitium quietis virtutem imitat̄. Finxi me eſſe qđ nō eram: dixi me velle qđ nolebam: vel nolle qđ volebam aliud ore dicebā: ⁊ aliud corde volebam: ⁊ ita ſub ouina pelle vulpinā conſcientiā cōſeruabam. Uulpina plane conſciētia eſt tepida ꝯuerſatio: ⁊ aīalis cogitatio: ficta ꝯfeſſio: breuis: et rara compūctio: obediētia ſine deuotione: oratio ſine itentione: lectio ſine edificatione: ſermo ſine circūſpectiōe. O q̄ȝ dura mihi ſunt iſta que loquor: qm̄ me ipm loquendo ferio. Uerūtñ q̄ me peccatorē non nego: ſȝ peccatum meum cognoſco erit fortaſſe apud deum pium iudicem ipſa cognitio culpe ipetratio venie: dicam ergo: dicam miſeriā meam: ſi forte ſua pietas moueat illum: dicam peccatū meum: qm̄ noticia peccati initiū eſt ſalutis. Magnā porto coronā: ⁊ veſtem rotundā: regulam ſeruo ieiuniorum: ſtatutis pſallo horis: ſed cor meū lōge eſt a deo meo. Exteriorem ſuperficiem ītuens ſalua mihi omnia arbitror: non ſentiens vermem iteriorem: qui iteriora corrodit: vnde oſee: comederunt alieni robur meū: et ignoraui: ⁊ ideo totus pgens in ea: que foris ſunt: ⁊ ignarus iteriorꝫ meorū: ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ ad nihilum redactus ſū: preteritorum obliuiſcens: pſentium negligens: futura non ꝓuidens: ingratus ſum ad beneficia: ꝓnus ad mala: ⁊ tardus ad bona.

¶ Quomodo ſe dȝ vnuſquiſq̄ȝ conſiderare.

Capitulum. xij.

SJ me nõ iſpicio neſcio me ipſum: ſi autem me inſpicio tolerare me non poſſum: quia tanta iuenio in me: que digna ſunt reprehenſione: ⁊ confuſione: et quãto me ſubtilius: ⁊ ſepius diſcutio: tanto plures abhominationes in angulis cordis mei inuenio. Ex quo nãqʒ peccare cepi: nunqʒ vnum diem ſine peccato tranſire potui: nec adhuc peccare ceſſo: ſed de die in dieʒ peccata peccatis addo: ⁊ ea pre oculis habeo: nec gemo: erubeſcenda video: nec erubeſco: dolenda intueor: nec doleo: quod ē mortis ſignum: ⁊ damnationis indicium. Membrum enim qđ dolorem non ſentit: mortuum ē: ⁊ morbus inſenſibilis ē incurabilis. Leuis ſum: ⁊ diſſolutus: nec me corrigo: ſed ad peccata: que confeſſus ſum quotidie redeo: nec caueo foueam: in quã vel ego cecidi: vel alium cadere vidi. Cunqʒ plorare: ⁊ orare deberem pro malis que feci: ⁊ pro bonis: que neglexi: proh dolor verſum eſt mihi in contrarium. Nam tepui: ⁊ frigui a feruore orationis: ⁊ iam ſine ſenſu frigidus remanſi: et ideo flere meipſum non poſſum: quoniam gratia lachrymarum receſſit a me.

¶ De preſentia ꝯſciẽtie vbiqʒ. Capitulum. xiij.

PEccata mea celare non poſſum: quoniaʒ quocũqʒ vado: cõſcientia mea mecum eſt: ſecum portans quicquid in ea poſui: ſiue bonum: ſiue maluʒ: ſeruat viuo: reſtituet defuncto depoſituʒ quod ſeruandum accepit: ſi male facio adeſt illa: ſi autem bene facere videor: et inde extollor: adeſt illa: adeſt viuo: ſequitur mortuum: vbiqʒ mihi confuſio eſt inſeparabilis pro qualitate depoſiti. Sic ſic in domo propria: ⁊ a propria familia habeo accuſatores: teſtes: iudices: ⁊ tortores. Accuſat me cõſcientia: teſtis eſt memoria: ratio iudex: voluptas carcer: timor tortor: oblectamentum tormentũ: quot nãqʒ fuerĩt oblectamenta mala: tot erũt tormenta: nã inde punimur: vnde

delectamur.

¶ De tribꝰ inimicis hominis.
Capitulum. xiiij.

ADiuua me dñe deꝰ meꝰ qm̄ inimici mei aïam meã circun
dederunt: corpus.ſ. mundus: et
diabolus: a corpore fugere non
poſſum: nec ipm̄ a me fugare.
Circũferre illud neceſſe eſt: qm̄
alligatuꝫ eſt mihi: perimere nõ
licet: ſuſtẽtare cogor: ⁊ cũ illud
impinguo: hoſtẽ meũ aduerſuꝫ
me nutrio. Si eñi ſatis comede
ro: ⁊ id robuſtũ fuerit: ſanitas ⁊
fortitudo eiꝰ mihi aduerſantur.
Mũdus xp̄o circũcingit: ⁊ obſi
det me vndiqꝫ: ⁊ per qnqꝫ por
tas: videlꝫ per quinqꝫ corporis
ſenſus.ſ. viſum: auditum: guſtũ:
odoratũ: ⁊ tactũ: ſagittis ſuis me
vulnerat: ⁊ mors intrat per fene
ſtras meas in aïam meã. Reſpi
cit oculus: ⁊ mentis ſenſuꝫ auer-
tit. Audit auris: ⁊ itentionẽ cor-
dis inflectit. Odoratus cogita-
tionem ipedit: os loqtur: ⁊ fallit
ꝑ tactũ ardor libidinis ꝓ aliqua
parua occaſione excitat: ⁊ niſi il
lico reſpuatur ſubito totũ corpꝰ
occupat: vrit ⁊ incendit. primo
carnem modicum titillat: dein-
de delectatione turpi mentem
maculat: ⁊ ad extremuꝫ per con
ſenſum prauitatis mentem ſub-
iugat. Porro diabolus: queꝫ vi
dere non poſſum: ⁊ ideo minus
ab eo mihi cauere: tetendit ar-
cum ſuum: ⁊ in eo parauit: ſagit
tas ſuas: vt ſagittet me: narrauit
contra me: vt abſcõderet la-
queos ſuos: ⁊ dixit. Quis vide
bit eos? Laqueũ poſuit ⁊ auro:
⁊ argento: ⁊ in omnibus quibꝰ
abutimur: cũ illis male delecta-
mur: ⁊ illaqueamur. Nec ſoluꝫ
laqueum poſuit: ſed ⁊ viſcũ. Vi
ſcus ẽ amor poſſeſſionis: affe-
ctus cognationis: cupiditas ho-
noris: ⁊ carnis voluptas: quibꝰ
anima inuiſcatur: ⁊ irretitur: ne
pennis cõtẽplationis per pla-
teas ſupne ſyon volare poſſit.
Sagitte diaboli ſunt: ira: inuidia
luxuria: ⁊ cetera: qbus aïa vul-
neratur. Et quis eſt ille: qui iacu
la eius ignea extinguere poſſit?
Proh dolor: his telis ſupatur ſe
pe aïa fidelis. Heu mihi: qꝛ vn-
diqꝫ bella mihi video: vndiqꝫ
tela volant: vndiqꝫ tẽptamenta:
vndiqꝫ pericula: quocunqꝫ me

vertam nulla ſecuritas ē: ꝛ que mulcent: ꝛ que triſtant: vel moleſtant oīa timeo: eſuries: ꝛ refectio: ſomnus: ꝛ vigilie: labor ꝛ quies pugnant cōtra me. Non minus ſuſpectus eſt mihi iocus quā ira: multos ſiquidē iocando ſcandalizaui. Nec minus ꝓſpera vereor: q̄ȝ aduerſa: proſpera nāqȝ ſuauitate ſua me incautum me faciūt ꝛ decipiūt. Aduerſa vero q: aliquid amaritudinis habent velut potiones amare me ſuſpectum: ꝛ timidū faciūt. Magis timeo malum qḋ facio i abſcondito: q̄ȝ quod i apto: maluȝ nāqȝ qḋ nemo videt: nullus rephendit: ꝛ vbi non timet̄ rephenſor: ſecurus accedit tēptator: ꝛ facilius ꝑpetratur iniqtas. Nimirum vtrobiqȝ bellum: vtrobiqȝ periculum: vtrobiqȝ timenduȝ. Et ſicut i hoſtili regione verſantibus hac illacqȝ circūſpiciēduȝ eſt: ꝛ ad oēm ſtrepitū circūagenda ē ceruix: ſic caro ſuggerit mihi mollia: mundus vana: diabolus amara. Quia quotiens carnalis cogitatio mentem meā importune pulſat de cibo: ꝛ potu: de ſomno: de ceteriſqȝ ſimilibꝰ ad carnis curam pertinentibus: caro nihil loq̄tur. Cū de ambitione ſeculi: de iactantia: de arrogātia cogitatio vana i corde verſatur: de mūdo eſt. Quādo aūt ad iram: ꝛ iracundiam: ꝛ amaritudinem animi prouocor: diabolica ſuggeſtio eſt: cui non aliter q̄ȝ ipſi diabolo reſiſtendum eſt: nec aliter ab ea cauendum: quā ab ipſa damnatione. Demonū officium eſt ſuggeſtiones malas ingerere: noſtrum eſt illis nō cōſentire. Nam quotiens reſiſtimus: diabolum ſuperamus: angelos letificamus: deum honorificamus. Ipſe enī nos hortatur vt pugnemus: adiuuat vt vincamus. Certantes i bello ſpectat: deficientes ſubleuat: vincentes coronat.

¶ Caro hoīs vnde ſit ꝛ quid pariat. Cap. xv.

CAro mea ō luto eſt: ꝛ ideo lutoſas: ꝛ voluptuoſas cohabitationes ab illa habeo: vanas: ꝛ curioſas a mūdo: a diabolo malas: ꝛ malitioſas. Iſti tres inimici me īpugnant: ꝛ perſequunt̄: nunc q̄dem aperte: nunc vero

occulte: ſemper aūt malitioſe. Diabolus nāqꝫ plus confidit i adiutorio carnis: qm̄ magis nocet domeſticus hoſtis. Illa vo ad ſubuerſionem meā cum illo fedus iniit: vtpote d̄ peccato nata: ⁊ i peccato nutrita: vitijs corrupta ab ipa origie: ſꝫ multo amplius viciata praua conſuetudine. Hinc eſt ꝙ tam acriter ↄcupiſcit aduerſus ſpiritum: ꝙ aſſidue murmurat: ⁊ ipatiens ē diſcipline: q: illicita ſuggerit: nec rōni obtemperat: nec inhibetur vllo timore: huic accedit: hanc adiuuat: hac vtitur tortuoſus ille ſerpens hoſtis humani generis: cui nullū aliud eſt deſideriū. nullum negocium: nullū ſtudiū: niſi perdere aīas noſtras. Hic ē qui iugiter malum machinatur argute loqtur: artificioſe ſuggerit: callide decipit. Illicitos motus iſufflat: ⁊ venenatas cogitationes iflāmat mouet bella: nutrit odia: icitat gulā: mouet libidinem: deſideria carnis iſtigat: ⁊ peccati occaſiōes parat: ⁊ mille nocendi artibus corda hoīuꝫ pulſare non ceſſat. Hinc eſt qui baculo noſtro nos cedit: ⁊ manus noſtras proprio cingulo ligat: vt caro que data eſt nobis i adiutorium: fiat nobis i ruinam ⁊ ſcandalum. Grauis lucta: et graue periculum eſt aduerſus domeſticum hoſtē pugnare: maxime cum nos aduerſimus: ⁊ ille ciuis: ille ſuā ihabitat regionē nos exules ſumus ⁊ peregrini: magnum quoqꝫ diſcrimen ē aduerſus diabolice fraudis aſtutiam tam crebros: imo ↄtinuos ſuſtinere conflictus: q̄ꝫ aſtutum fecit tam natura ſubtilis: q̄ꝫ longa exercitatio malicie huius.

## ¶ Deprecatio pro ſeipo. Capitulum. xvj.

ERipe me d̄ inimicis meis deus meus ⁊ ab his qui oderunt me: qm̄ confortati ſunt ſup me. Ego vero qui vſqꝫ ad hūc diē contra me vixi iā per tuā grām mihi viuere icipiam: ſic enim in hoc mundo viuere debemꝰ: vt cum corpus ceperit a vermibꝰ deuorari i ſepulchro: anima letetur cum ſanctis in celo. Illuc ſpiritus dirigendus eſt: quo eſt iturus: illuc feſtinare debemꝰ: vbi ſemꝑ viuamus: ⁊ vbi mori am-

plus non timeamus: ſi ſic ama-
mus iſtam labilem: ⁊ caducam
vitam: vbi cum tanto labore vi
uimus: vbi comedendo: biben-
do: dormiendo vix carnis ne-
ceſſitatibus ſatiſfacimus: multo
magis amare debemus vitam
eternam: vbi nullum laborem
ſuſtinebimus: vbi ſumma ſem-
per iocunditas: ſumma felicitas
felix libertas: ⁊ felix beatitudo:
vbi ſimiles erunt homines an-
gelis dei: ⁊ fulgebunt iuſti ſicut
ſol in regno patris eoruꝫ. Qua
lis putas tunc erit ſplendor ani
marum: quando ſolis ſplendo-
rem habebit lux corporuꝫ? Nul
la erit ibi triſtitia: nulla angu-
ſtia: nullus dolor: nullus timor:
nullus ibi labor: nulla mors: ſed
perpetua ſanitas ſemper ibi ꝑ-
ſeuerat: non ſurgit ibi malitia:
nec carnis miſeria: nulla eſt ibi
egritudo: nulla omnio neceſſi-
tas: non eſt ibi fames non ſitis:
non frigus: non eſtus: non laſſi-
tudo ieiunij: nec vlla temptatio
inimici: nec peccandi voluntas:
nec delinquendi facultas: ſed to
tum leticia: totū exultatio poſſi-
det homines quoqꝫ angelis ſo-
ciati ſine vlla carnis infirmitate
in perpetuū manebunt. Ibi erit
iocūditas īfinita: beatitudo ſem
piterna: in qua q̄ ſemel ſuſcipit
ſemper tenetur: ibi ē requies a
laborib⁹: pax ab hoſtibus: ame-
nitas ð nouitate ſecuritas ð eter
nitate: ſuauitas atqꝫ dulcedo de
dei viſione. Et quis non illic ha
bitare vehementer deſideret: ⁊
ꝓpter pacē: ⁊ ꝓpter amenitatē:
⁊ ꝓpter eternitatē: ⁊ ꝓpter dei
viſionē? nullus ē ibi ꝑegrin⁹: ſed
q̄cūqꝫ illuc venire merebuntur
ſecuri in ꝓpria patria manebūt
ſemꝑ leti: ⁊ ſemꝑ ſaciati de viſio
ne dei. Et quanto plus aliq̄s hic
deo obediens fuerit: tanto am-
pliorem ab eo mercedem ibi re
cipiet: quātoqꝫ ampli⁹ deū ama
bit: tanto propius videbit: queꝫ
cernere cupit.

## ¶ De breui vita hominis.

### Capitulum. xvij.

DIes ho-
minis ſicut vm-
bra ſuper terraꝫ:
⁊ nulla ē mora: ⁊
tunc prope nihil eſt: cuꝫ ſtare vi
detur: cur ergo theſaurizat in
terra homo: cum ſine dilatione
tranſeat? ⁊ illud quod colligitur

⁊ ipſe qui colligit? Et tu hō quē
fructū expectas in mundo cuiꝰ
fructus ruina ē: cuiꝰ finis mors
eſt? Utinam ſaperes: ⁊ intellige
res: ac nouiſſima prudenter pro
uideres. Scio quendam ꝙ per
annos plurimos tecum familia
riter vixit: ad menſam tuam ſe-
dit cibum de manu tua ſumpſit:
in ſinu tuo dormiuit: cū voluit te
cum colloquium habuit: hic iu-
re hereditario ſeruus tuus eſt:
ſed q: ab ineunte etate delicate
nutriſti eum: ⁊ virge peperciſti
ꝯtumax effectus eſt: leuauit cal
caneum ſuū ſuper caput tuum:
⁊ te in ſeruitutem redegit: ⁊ tui
crudeliter dominatur. Sed for
taſſe dices quis eſt hic? verꝰ ho
mo tuus ꝙ conculcat ſpiritū tu-
um: qui pro nihilo habet terraꝫ
deſiderabilem: qui ſola que car
nis ſunt ſapit. Homo iſte a nati
uitate cecus eſt: ⁊ ſurdus: mutus
inueteratus dierum maloꝝ: re-
bellis virtuti ⁊ veritati: inimicꝰ
crucis xpi: deridet innocenteꝫ: ⁊
ſimpliciter tranſeuntem: ambu-
lat in magnis: ⁊ imirabilibus ſu
pra ſe: arrogātia eius eſt pluſqꝫ
fortitudo eius: nullus reueretur:
dicit inſipientia ſua non eſt deꝰ:
tabeſcit bonis: ⁊ malis paſcitur
alienis: imundis cogitationibus
paſcitur: non fatigabitur in illis
tranſgrediens vſqꝫ ad finē: di-
ſpergit: ⁊ diſſipat ꝓpꝛia ſicut
ꝓdigus: cupit ⁊ rapit aliena ſi-
cut auarus: turpitudineꝫ ⁊ igno
miniaꝫ ꝯgregat ſibi ſimulans et
callidus prouocat iram dei. Ho
mo iſte totus in peccatis natus
eſt: ⁊ ſic nutritus amicus iniqta
tis: filius mortis: vas ire in cōtu
meliā: factus ad interituꝫ. Qui
cū talis ſit enarrat iuſticias dei:
⁊ aſſumit teſtamentum eius per
os ſuum. Odit diſciplinā: ꝓiecit
dn̄m ſuum poſt dorſum ſuū cuꝫ
videt furem currit cum eo? ⁊ cū
adulteris portionē ſuam ponit.
Aduerſus filiū matris ſue pōit
ſcandalum ſuꝑ te etiā theſauri-
zat iram in die ire: vult a te he-
reditatem tuā tollere: ⁊ deſuper
terram auferre: ⁊ tu tantā iniu
riam nō vindicas: ſed diſſimu-
las: nec ei verbū vnuꝫ loqueris
nec vultū iratuꝫ oſtendis: ſꝫ blā
dienti tibi arrides. Ludis cuꝫ il
luſore: neſcis q: iſmael eſt: ꝙ tecū
ludit. Ludus iſte non eſt pueri-
cie: nec ſimplicitatis: vel innocē
tie: ſed illuſio eſt anime: ſed ꝑſe-

cutio ſed mors. Jam te i foueã: quã fecit precipitauit: iam effeminatus es: iaȝ iugo miſerrime ſeruitutis preſſus: ſub pedibus eiꝰ: miſere ⁊ viliter ꝯculcaris.

O miſer ⁊ miſerabilis homo: quis te liberabit de vinculo improprij huiꝰ. Exurgat deus ⁊ cadat armatus iſte cadat ⁊ conteratur inimicus idem temptator dei cultor ſui: amicus mũdi: ſeruus diaboli. Quid tibi videtur ſi recte ſentis mecuȝ: dices reus eſt mortis: crucifigatur. Noli ergo diſſimulare: noli differre: noli parcere ſed feſtinanter audacter inſtanter crucifige hominẽ iſtum. Sȝ cruce xpi in qua ẽ ſalus: ⁊ vita ad quẽ ſi ex corde clamaueris: crucifixus tuus audiet te benigne rñdens. Hodie mecum eris i paradiſo. O xpi pietas o inopinata ſalus miſeri. Tã gratuita eſt ⁊ ꝓbata dilectio dei tam ſtupẽda dulcedo: tam inopinata dignatio: tam inuicta manſuetudo: vt qui ad eum clamauerit exaudiat illũ qm̃ miſericors eſt. O quãta ẽ miſericordia dei: quã ineffabilis mutatio dextere excelſi. Heri eras i tenebris hodie in ſplendore lucis: heri i ore leonis: hodie in manu mediatoris: heri in porta inferni hodie i delitijs paradiſi. Sed quid proſunt he littere admonitionis: niſi deleas de libro cõſcientie tue litteras mortis. Quid proſunt hec ſcripta lecta ⁊ intellecta: niſi temetipm̃ legas ⁊ itelligas. Da ergo operaȝ interne lectioni: vt legas inſpicias ⁊ cognoſcas teipſum: legas vt diligas deuȝ: vt pugnes ⁊ vincas mundũ ⁊ oẽm inimicũ: quatenus labor conuertatur in requiem: luctus in gaudium: ⁊ poſt tenebras huius vite videas ortum ſurgẽtis aurore. Videas etiã meridianum ſolem iuſticie in quo ſponſum cuȝ ſponſa ꝓſpiciens: vnum eundẽqȝ dominum glorie: qui viuit et regnat per infinita ſecula.

Finis.

❡ Epiſtola

¶ Epiſtola beati Bernardi abbatis de perfectione vite.

SI plene vis aſſequi qđ intendis: duo ſunt tibi neceſſaria. Primũ eſt vt ſubtrahas te ab omnibus tráſitorijs: vt nihil de eis cures: ac ſi non eſſent. Secundum vt ita des te deo vt nihil dicas vel facias: niſi qđ crediderís ſibi firmiter placere.

Primum autẽ aſſequeris hoc modo. Omnibus modis quibꝰ potes te vilificare: te nihil reputãdo eſſe: ſed credas omnes homines bonos eſſe ⁊ meliores te magiſqȝ placere deo. Quecunqȝ audieris vel videris de religioſis ⁊ famoſis perſonis: puta bona intentione fieri: vel dici: ⁊ ſi contraria videantur. Nã ſepe humana ſuſpicio fallitur. Nulli diſpliceas. Nihil vnquã de te loquaris quod laudem importet: quantũcunqȝ ſit familiaris ille cum quo loqueris: imo plus labora: celare virtutes qȝ vicia. De nullo prorſus ſiniſtre loquaris quantumcunqȝ ſit verum vel manifeſtum: niſi in confeſſione: ⁊ hoc vbi non poteris aliter manifeſtare peccatũ tuũ. Libentius accomoda aurem cũ quis laudatur qȝ cum vituperatur. Cum loqueris: verba tua ſint rara: vera: ponderoſa ⁊ de deo. Si ſecularis loquitur tecũ ⁊ proponit vana: qȝ citius potes ſuccide ſermonem ⁊ transferas ad ea que dei ſunt. Quicquid contingat tibi vel alij quãtumcunqȝ coniuncto: non cures: ſi eſt proſperum non leteris ſi aduerſum non triſteris: ſed totum nihil reputa et lauda deũ. Solitudinem adhibe quantumcũqȝ potes vt vtilitati tue ſedulius intendas. Fuge locutoria quantum potes: melius eſt enim ſilere qȝ loqui. Poſt completorium non loquaris quouſqȝ finita ſit miſſa ſequentis diei: niſi cauſa magna interuenerit. Cũ vides aliquid quod tibi diſplicet vide ſi hoc eſt vite ⁊ abſcide. Cum vero vides vel audis aliquid quod tibi placet: vide ſi hoc eſt in te ⁊ tene: ſi non eſt aſſume: ⁊ ſic omnia erunt tibi in ſpeculo. De nulla re murmures cum aliquo niſi credideris

prodeſſe quantumcunqꝫ ſit graue quod habes. Nunquã pertinaciter aliquid affirmes vel neges: ſed ſint tue affirmationes ſub dubitatione ſale condite.

Achachinis ſemper te abſtineas: riſibus vero paucis preſſes os tuum. Breuiter in omnibus dictis tuis: ſic te habeas vt ſint ita ꝙ quaſi dubia dimittantur. Secundum autem aſſequeris hoc modo. Orationibus cum magna deuotione intendas et eas dicere labora horis debitis ⁊ congruis: ⁊ quod in oratione fers: die ac nocte reuerſeris in corde: ⁊ ea que legis confirmes diligenter: ⁊ recogita vt imagineris eorum ſtatum in quorum memoria ea dixeris. Iſta tria ſemper in mẽte habeas. ſcilicet quid fuiſti: quid es: ⁊ quid eris. Quid fuiſti. Fuiſti enim ſperma fetidum. Quid es: quia domus ſtercoruꝫ. Quid eris: quia eſca vermium. Similiter imagineris eorum penam qui ſunt in inferno ⁊ ꝙ nunq̃ꝫ finietur: et quod pro modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriam paradiſi: et ꝙ nunq̃ꝫ finietur ⁊ q̃ꝫ breuiter ⁊ cito acquiritur ⁊ quantus luctus ⁊ dolor poterit eſſe illis qui pro tam parua re: tantam gloriã amiſerunt. Et cum habes aliquid quod tibi diſplicet vel times habere: cogita ꝙ ſi eſſes in inferno: ⁊ illud ⁊ quicquid nolles haberes: ⁊ ſic ſuſtinebis oĩa propter amorem xp̄i. Et cuꝫ habes aliquid quod tibi placet vel optas habere cogita ꝙ ſi eſſes in paradiſo: ⁊ illud ⁊ quicquid aliud velles haberes. Quandocũqꝫ eſt feſtum alicuius ſancti: cogita de illo quãta ſuſtinuit propter deum: q: breuia ⁊ quanta adeptus eſt: q: eterna. Similiter cogita: q: tranſierunt bonorum tormenta: ⁊ malorum gaudia: et cum iſtis tormentis adepti ſunt eternam gloriam: ⁊ illi ex ſuis indebitis gaudijs eternam penã. Quantoqꝫ te vincit accidia accipias hoc ſcriptuꝫ et imagineris hec omnia diligenter ⁊ cogita de tẽpore quod ſic perdis: qm̄ illi qui ſunt in inferno darent totum mundũ pro ſe ſi haberent illud. Cũ habes aliquas tribulationes: cogita ꝙ illi qui ſunt in paradiſo carẽt eis. Similiter cum habes conſola-

tiones: ꝯſidera illos qui ſunt in inferno carere eis. Omni die cum vadis iacere examina diligenter quid cogitaſti: ⁊ quid dixiſti in die: ⁊ quomodo vtile tēpus ⁊ ſpacioſum qđ datum ē tibi ad acquirendum vitam eter nam diſpenſaſti: ⁊ ſi bene tranſiſti lauda deum: ſi aūt male ⁊ negligenter: fleas: ⁊ ſequēti die nō differas confiteri. Si aliud cogitaſti: dixiſti: vel feciſti qđ tuam conſcientiam multum mordeat: non comedas anteq̄ȝ confitearis. Iſtud in fine pono: vt imagineris duas ciuitates. Vnā plenam omnibus tormentis. ſ. ifernum. Alteram omni conſolatione. ſ. paradiſum ⁊ ad vnā illarū oportet te currere. Vide qd te poſſit trahere ad malum vel qd poſſit te impedire a bono: credo ꝙ nihil inuenies. Certꝰ ſum ꝙ ſi bene ſeruaueris ea q̄ ſcripta ſunt hic ꝙ ſpiritus qui te et omnes docet: habitabit in te et pfecte docebit te facere omnia: Ergo vt bene ſerues ⁊ nihil negligas: lege ea ſepius. Et cuȝ inueneris te feciſſe quod ſcriptuȝ eſt. Lauda deum qui eſt pius ⁊ miſericors in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sermo domini Petri Da-
miani cardinalis.

PEnſadū
quippe eſt cum
iam anima pec-
catrix: viculis in
cipit carnis abſolui q̄ꝫ amaro
terrore concutitur: quātis mor-
dacis conſcientie ſtimulis lace-
ratur. Recolit vetita que cōmi
ſit: videt mādata que negligen-
ter implere contempſit. Dolet
indulta penitentie tempora: ſeſe
inpaniter pereepiſſe: plorat imo
bilem diſtricte vltionis articulū
ſibi ieuitabiliter iminere. Ma-
nere ſatagit: ire cōpellitur. Re-
cuperare vult perdita: non au-
ditur. Poſt terga reſpiciens to
tius tranſacte vite curſum: ve-
lut vnum breuiſſimum deputat
paſſum. Ante ſe oculos dirigit
⁊ infinite perēnitatis ſpacia de-
prehendit. Plorat itaqꝫ: quia in
tam breui ſpacio acquirere po-
tuit omnium leticiam ſeculorꝫ.
Defle etiam ſe propter tā bre-
uem illecebre carnis voluptatē
inenarrabilem perpetue ſuaui-
tatis amiſiſſe dulcedinem. Eru-
beſcit quia propter illam ſubſtā
tiam que vermibus erat obno-
xia: illam neglexit que choris an
gelicis erat inferenda. Iam ro-
dios mentis attollit: ⁊ cum diui
tiarum immortalium gloriā con
templatur: eam propter vite hu
ius inopiam perdidiſſe confun-
ditur. Cūqꝫ ſub ſe reflectit ocu-
los ad huius mundi conuallem:
terrēqꝫ caliginem: ſupra ſe non
miratur eterni luminis charita-
tem: liquido comprehendit q̄d
nox erat: ⁊ tenebre quod ama-
uit. O ſi reſiduū penitentie tem
pus mereri poſſet q̄ꝫ dure con-
uerſationis iter arriperet: qua-
lia ⁊ quanta promitteret: quan-
tis ſe deuotionum vinculis ino
daret. Interea dum ebeſcentes
oculi contabeſcunt: dum pectus
palpitat: dum raucum guttur
anhelat dentes paulatim nigre
ſcunt: ⁊ quandam velut rubigi-
nem contrahunt. Palleſcūt ora
⁊ membra cuncta rigeſcunt.
Dum hec itaqꝫ ⁊ huiuſmodi tā
quā vicine morti precedentia ſa
mulantur officia: adſunt omnia
geſta ſimul ⁊ verba: nec etiam
ipſe cogitationes deſunt ⁊ cun-
cta hec. Amarum aduerſus au-

ctorem teſtimonia reddunt. Co
aceruantur omnia ante oculos
reſpuentis: ꝛ que reſpicere re-
fugit: coactus ꝛ inuitus atten-
dit. Adeſt preterea hinc horrẽ-
da demonum turba ꝛ illinc vir
tus angelica: ab eo qui medius
liquido deprehenditur cui poſ-
ſeſſori iudicetur. Nam ſi pieta-
tis in eo videntur inſignia: inui-
tationis angelice blanditijs deli
nit atqꝫ armonice melodie dul
cedine: vt exeat ꝓuocatur. Quõ
ſi eum parti ſiniſtre: meritorum
nigredo ꝛ feditatis ſqualor ad-
iudicet. Mox intollerabili ter-
rore concutitur: repentini impe
tus violentia conturbatur: preci
pitatur: inuaditur ac de miſere
carnis ergaſtulo violenter eri-
pitur: vt ad eterna ſupplicia cuꝫ
amaritudine pertrahatur. Iam
vero poſt egreſſionem de cor-
pore quis explicare valeat ꝙ ar
mate iniquorum ſpirituuꝫ acies
in inſidijs lateant. Quod fre-
mentes cunei: feralibus telis in
ſtructi iter obſideantur. Et ne
tranſire poſſit aia velut militari
more: ſtipare legiões oppugnãt.
Hec ꝛ huiuſmodi in corde ver
ſari frequenter quideꝫ aliud ꝙꝫ
lenociniantia blandimẽta reſpue
re: mundo repudium dare ꝛ il
litos carnis motus elidere: ſo-
lumqꝫ adipiſcende perfectionis
propoſitum indeclinabiliter cu-
ſtodire. Amen.

¶ Meditatio redēptionis no
ſtre beati Anſelmi archiepiſco
pi Cantuarienſis.

Anima
a
xp̄iana de gra
ui morte reſuſ
citata. Anima
de miſera ſer-
uitute ſanguinē dei redempta ⁊
liberata: excita mentem tuam:
memēto reſuſcitatiōis tue. Re
cogita redemptionem ⁊ libera
tionem tuam. Retracta vbi et
que ſit virtus tue ſaluationis.
Verſare in meditatione eius.
Delectare in contemplatione
eius. Excute faſtidium tuum fa
cium cordi tuo. Intende in hoc
mentem tuam: guſta bonitatem
redemptoris tui. Pande fauuꝫ
verborum: fuge pluſq̄ꝫ melituꝫ
ſaporem. Gluti ſalubrem dulco
rem: Mande cogitando. Sur-
gē intelligendo: Gluti amando
⁊ gaudendo. Letare manden-
do. Gratulare ſugendo. Iucun
dare glutiendo. Vbi ergo ⁊ q̄
eſt virtus: ⁊ fortitudo ſaluatio-
nis tue. Certe xp̄s te reſuſcita-
uit: Ille bonus Samaritanꝰ te
ſanauit: Ille bonus amicus ani
ma ſua te redemit ⁊ liberauit
xp̄s inq̄ꝫ. Ergo virtus ſaluatio
nis tue vbi eſt hec virtus chri-
ſti. Vtiqꝫ cornua in manibꝰ eiꝰ
ibi abſcondita eſt fortitudo eiꝰ.
Cornua quideꝫ in manibus eiꝰ
quia brachijs crucis vel cōfixe
ſunt manus eius. Que autē for
titudo in tanta īfirmitate? Que
altitudo in̄ tanta humilitate?
Quid venerabile in tanto con
temptu? Sed certe ideo abſcon
ditum quia in̄ infirmitate. Ideo
celatum quia in humilitate. Idō
occultuꝫ quia in contemptu. O
fortitudo abſcondita: hominem
in cruce pendenteꝫ ſuſpendere
mortē eternā genus humanū p̄
ſumentem hominem lign̄o con
fixum defigere mundum per-
petuē morti affixū. O celata po
teſtas hominem dam̄atum cū
latronibus: ſaluare homines
dam̄atos cum demonibꝰ ho-
minem in patibulo extenſuꝫ om
nia trahere ad ſeipſum. O vir
tus occulta: vnam animaꝫ emiſ
ſam in tormento innumerabileſ

trahere de inferno. Hominem
morté corporis ſuſcipere ⁊ ani-
marum mortem perimere. Cur
bone domie pie redemptor po
tens: cur tantá virtutem operui
ſti tāta humilitate. An vt falle-
res diabolum qui fallendo ho-
minem eiecit de paradiſo? Sed
vtiq₃ veritas nullu₃ fallit. Qui
videt veritatem ⁊ odit vel con-
tēnit ipē ſe fallit. Qui ignorat: q
non credit veritatem ipē ſe fal-
lit. Veritas vtiq₃ nullum fallit.
An ideo ipē diabolus ſe falle-
ret. Sed vtiq₃ ſicut veritas nul
lum fallit: ita non intendit vt ali
quis ſe fallat quāuis hoc dicat
facere cu₃ permittit. Nō. n. aſ-
ſumpſiſti hoiem vt te notū opi
res: ſed vt ignotum apires: veꝝ
hominem: veꝝ deum te dixiſti:
⁊ operibus oñdiſti. Res per ſe
fuit occultata: Nō ſic eſt facta vt
abſconderetur: ſed vt ſuo ordie
perficeretur. Non vt aliquem
deciperet: ſed vt quemadmodū
oportebat fieri dicitur occulta-
ta. Non eſt aliud quā non eſt oi
bus reuelata. Nam ⁊ ſi veritas
omnibus ſe manifeſtat: nulli ta-
men ſe negat: ergo domine non
vt falleres: nec vt aliqui ſe falle
ret ſic feciſti: ſ₃ vt faceres quod
⁊ quomodo faciendum erit in
veritate per omnia perſtitiſti.
Quis ergo ſe fefellit in tua ve-
ritate non de te: ſed de propria
queratur falſitate. An diabolus
habebat aliquid iuſte aduerſus
deum aut aduerſus hominem:
Propter quod deus prius de-
beret aduerſus eum pro homi-
ne: hoc modo agere q̄₃ aperta
fortitudine vt dum ille iuſtū ho
mine₃ iniuſte occideret iuſte po
teſtatem q̄₃ ſuper iniuſtos habe
bat perderet. Sed certe diabo
lo nec deus debebat aliquid ni
ſi penam: nec homo niſi vicem:
vt quemadmodum ab illo ſe fa
cile permiſit vinci peccádo: ita
illum vinceret vſq₃ ad difficul-
tatem mortem iuſtitiam integrá
ſeruando. Sed ⁊ hoc non niſi
debebat homo: nam non pecca
uit aduerſus diabolum: ſed ad-
uerſus deum: nec homo diabo
li erat: ſed ⁊ homo ⁊ diabolus
dei erát: S₃ ⁊ ꝙ diabolus vexa
bat hoiem nō hoc faciebat iuſti
tie ſ₃ nequitie: nec dico de iubē
te: ſed ꝑmittente non diaboli: ſ₃

dei iuſticia exigente. Nihil igi-
tur erat in diabolo: cur deus ad-
uerſus eum ad ſaluandum ho-
minem fortitudinem ſuam cela-
re aut differre deberet. An alia
neceſſitas coegit: vt altiſſimus
ſic ſe humiliaret: ꝛ omnipotens
ad faciendum aliquid tantum la-
boraret. Sed omnis neceſſitas
ꝛ impoſſibilitas ei⁹ ſubiacet vo-
luntati. Quippe q̄d vult neceſ-
ſe eſt: ꝛ quod non vult impoſſi-
bile eſt eſſe. Sola igitur volun-
tate: ꝛ quoniam voluntas eius
ſemper bona ē ſola hoc fecit bo-
nitate. Non enim deus egebat:
vt hoc ſolo hominem ſaluuꝫ fa-
ceret: ſed humana natura indi-
gebat: vt hoc modo deo ſatiſfa-
ceret. Non egebat deus vt tam
laborioſa pateretur: ſed indige-
bat homo: vt ſic de profundo in-
ferni erueretur. Diuina natura
humiliari: aut laborare nō eguit
nec potuit hec omnia humanaꝫ
naturam: vt ad hoc reſtitueret
propter quod facta erat neceſſe
erat facere. Sed nec illa nec q̄c-
quid deus non eſt ad hoc pote-
rat ſufficere. Naꝫ homo ad q̄d
inſtitutus eſt non reſtituitur: ſi
non ad ſimilitudinem angelorū
in quibus nullum eſt peccatum
ꝓhibitur quod impoſſibile fie-
ri niſi oīum percepta peccatoꝝ
remiſſione que non fit niſi pre-
cedente debitorum ſatiſfactione
quam ſatiſfactionem talem eſſe
oportet vt peccator aut aliquis
pro illo det aliquid deo de ſuo
quod debitum non ſit quod ſu-
peret omne quod deus non eſt.
Si enim peccare eſt deuꝫ exho-
norare: ꝛ hoc homo facere non
debet etiam ſi neceſſe eſſet quic-
quid eſt quod deus non eſt vi-
qꝫ veritas immutabilis: ꝛ ratio
aperta exigit vt qui peccat red-
dat aliquid deo pro honore abla-
to maius q̄ꝫ ſit hoc pro quo il-
lum exhonorare non debuit q̄
qm̄ humana natura ſola nō ha-
bebat: nec ſine debita ſatiſfactio-
ne reconciliari poterat: nec iuſti-
cia dei in regno ſuo peccatū in-
ordinatum relinqueret ſubuenit
bonitas dei ꝛ eam in ſuam per-
ſonam aſſumpſit filius dei: vt in
ea perſona eſſet homo deus qui
haberet quod ſuperaret nō ſo-
lum omnem eſſentiam: que de⁹
non eſt: ſed etiam omne debituꝫ
quod peccatores ſoluere debent
ꝛ hoc quum nihil pro ſe debe-

ret: ſolueret pro alijs qui quod
debebant reddere non habe-
bant: precioſior namqꝫ eſt vita
hominis illius q̃ꝫ omne qđ deꝰ
non eſt: ⁊ ſuperat omne debituꝫ
quod debent peccatores pro ſa-
tiſfactione: ſic enim interfectio.
Illius ſuperat omnem multitu-
dinem ⁊ magnitudinem pecca-
torum que cogitari poſſunt ex-
tra perſonam dei palam eſt: qꝛ
vita eius magis eſt bona quam
ſunt omnia peccata mala que ex
tra perſonam dei ſunt. Hanc vi
tam homo ille cum debito mo-
ri non deberet: quoniam pecca
tor non erat ſponte dedit de ſuo
ad honorem patris cum eam ſi
bi auferri propter iuſticiam per
miſit: vt exemplum omnibus
alijs daret: iuſticiam dei ab illis
non eſſe deſerendam propter
mortem quam ex neceſſitate ali
quando ſoluere debent cum il-
le qui eam non debebat: ⁊ ſer-
uata iuſticia ſeruare poſſet: eam
ſibi illataꝫ propter iuſticiā ſpon
te ſuſtineret: dedit itaqꝫ huma-
na natura deo in illo homine
ſponte: ⁊ non ex debito quod
ſuum erat: vt redimeret ſe in
alijs in quibus quod ex debito
exigebatur reddere non habe-
bat in omnibus his non eſt di-
uina natura humiliata: ſed hu-
mana eſt exaltata: nec illa in mi
nuta: ſed iſta eſt miſericorditer
adiute: non humana natura in
homine illo paſſa eſt aliquid vl
la neceſſitate: ſed ſola libera vo
luntate: nec alicui violentie ſuc-
cubuit: ſed ſpontanea bonitate
ad honorem dei ⁊ vtilitateꝫ alio
rum hominuꝫ: que illa mala vo
luntate ſunt illa laudabiliter et
miſericorditer ſuſtinuit: nec vlla
cogente obedientia: ſed potenti
diſponente ſapientia. Non eniꝫ
illi homini pater vt moreretur
cogendo precepit: ſed ille ꝙ pa
tri placituruꝫ ⁊ hominibus pro
futurum intellexit hoc ſponte fe
cit. Non enim ad hoc pater po
tuit cogere ꝙ ab eo exigere nō
debuit: nec patri tantus honor
potuit non placere: quem tam
bona volūtate: filius ſpōte obtu
lit. Sic itaqꝫ pater obedientiam
liberam exhibuit cuꝫ hoc ꝙ pa
ter placiturum ſciuit ſponte fa-
cere voluit. Deniqꝫ quoniam
pater illi hanc bonam volunta-
tem quanuis liberam dedit non
immerito dicitur: quia eam il-

lud velut preceptum patris ac-
cepit: hoc itaqȝ modo obediēs
fuit patri vſqȝ ad mortem: ⁊ ſi-
cut mandatum dedit illi pater
ſic fecit: hec eſt enim perfecta ⁊
liberrima humane nature obe-
dientia cum voluntatem ſuam
liberam ſponte volūtate ſubdit
⁊ cum acceptam bonam volun
tatem ſine omni exactione ſpon
tanea libertate opere proficit ſic
homo ille redimit omnes alios
cū hoc ꝙ ſponte dedit deo com
putat pro debito ꝙ illi debebāt
Quo precio non ſemel tantum
a culpis homo redimitur: ſed
etiam quotiens peccanti condi-
gna penitentia non promittitur.
Quod quoniam in cruce factū
eſt per crucem noſter chriſtus
nos redemit. Quod ergo ad
hanc gratiam volunt condigno
affectu accedere ſaluantur: qui
vero illam contēnunt: quia debi
tum ꝙ debent non reddunt iu-
ſte damnantur. Ecce anima chri
ſtiana hoc eſt virtus ſaluationis
tue: hoc eſt cauſa libertatis tue:
hoc eſt precium redemptionis
tue. Captiua eras ſed hoc mo-
do es redempta ancilla eras et
ſic liberata. Sic es exul reducta
perdita reſtituta ⁊ mortua: reſu-
ſcitata hoc mandat: o homo hoc
rumiet hoc ſugat hoc glutiat cor
tuum cum eiuſdem redempto-
ris tui carnem ⁊ ſanguinem ac-
cepit os tuū fac i hac vita quot
tidianum panem iuſtum ⁊ viati
cum tuum: quia per hoc: ⁊ non
niſi per hoc: ⁊ tu remanebis in
chriſto: ⁊ chriſtus in te ⁊ in futu
ra vita erit plenum gaudium tu
um. Sȝ o tu domine qui vt ego
uiuerem mortem ſuſcepiſti quo
modo letabor: que nō eſt niſi de
vinculis tuis: qualiter gratula-
bor de ſalute mea cuȝ non ſit ni-
ſi de doloribus tuis. Quomo-
do gaudebo de vita mea que nō
eſt niſi de morte tua. An gau-
debo de his que paſſus es ⁊ de
crudelitate illorum qui ea tibi fe
cerunt: quoniaȝ niſi illi feciſſent
tu paſſus non eſſes: ⁊ ſi tu paſ-
ſus non eſſes hec bona nō eſſent
aut ſi de illis dolebo quomodo
de iſtis ꝓpter que illa fuerūt: et
q̄ nō eſſent niſi illa fuiſſent gau-
debo. Sȝ certe illoꝝ neqtia ni-
hil facere potuit: niſi ꝙ tu ſpōte
pmiſiſti: nec tu paſſus eſſes: niſi
ꝙ pie voluiſti illoꝝ itaqȝ debeo
crudelitatē execrari mortē ⁊ la-

boꝛes tuos compatiēdo imitari piā volūtatem tuā grās agendo amare ac ſic ſecure de bonis mihi collatis exultare. Ergo homūtio illoꝝ crudelitatē dimitte dei iudicio ⁊ tracta de his q̄ debes ſalutari tuo. Conſidera qd tibi erat ⁊ qd tibi factū ſit: ⁊ pēſa q̄ hoc tibi fecit: quo amoꝛe dign⁹ ſit: intuere neceſſitatē tuā ⁊ bonitatē ei⁹: ⁊ vide quas grās reddas ⁊ quātū debeas amoꝛi ei⁹: in tenebꝛis: i lubꝛico: i deſcēſu ſuper irremeabile chaos. Inferni eras imēſum ⁊ q̄ſi plūbeū pondus pēdens a collo tuo deoꝛſuꝫ te trahebat: on⁹ ipoꝛtabile deſuper ꝑmebat hoſtes iuiſibiles te toto conatu ipellebāt ſic eras ſine oi auxilio: ⁊ neſciebas q: ſic ↄceptus eras ⁊ natus. O qd tibi tunc erat: ⁊ quo te iſta rapiebāt. Expaueſce memorādo ↄtremiſce cogitādo. O bone o dn̄e ieſu xp̄e ſic poſito nec potēti nec opināti: vt ſol mihi illuxiſti ⁊ mihi quō erā oſtendiſti. Abiecisti plumbū q̄ deoꝛſum me trahebat remouiſti onus qd̄ deſuper me ꝑmebat: impellentes me repuliſti: ac illis te pꝛo me oppoſuiſti. Vocaſti me noīe nouo qd̄ mihi de noīe tuo dediſti ⁊ icuruatū ad aſpectū tuū erexiſti dicēs. Cōfide ego te redemi aīam meā p te dedi. Si adheres mihi mala in qb⁹ eras euades ⁊ i pfundū quo ꝓpabas nō cades: ſꝫ pducā te ad regnū meū. Exinde accepiſti me in tuitiōem tuā vt nihil noceret aīe mee ꝑ volūtateꝫ ſuā. Et ecce cū nōdū adheſerim tibi ſic ↄſuluiſti nōdū tn̄ i iſernū me cadere pmiſiſti: ſꝫ adhuc expectas vt adhereaꝫ ⁊ facias q̄ pmiſiſti. Certe q̄ ſic erā ⁊ h̄ feciſti mihi i tenebꝛis erā: q: nihil nec me ipꝫ ſciebā i lubꝛico: q: ibecillis ⁊ fragilis ad lapſuꝫ peccati erā. In deſcēſu ſup chaos iferni: q: i ꝑmis parētib⁹ deſcenderaꝫ de iuſticia ad iniuſticiaꝫ p quā deſcēdit ad iſernū: ⁊ d̄ beatitudine ad tēpoꝛalē miſeriā: de qua cadit i eternā: pondus oꝛiginalis peccati deoꝛſum me trahebat: ⁊ onus ipoꝛtabile iudicij di me ꝑmebat: ⁊ inimici mei demones vt me alijs peccatis dānabilioꝛē facerent quantū i ipis erat vehementer inſiſtebant ſic deſtituto oi auxilio illuxiſti mihi ⁊ quō eraꝫ oſtēdiſti: q: ⁊ quum ego nundū hoc noſſe poteram

alios qui pro me eſſent: ⁊ po-
ſtea meipſum anteq̄ȝ poſtula-
rem. Hec omnia docuiſti plum
bum deorſum trahens: ⁊ onus
grauans: ⁊ hoſtes impellentes:
⁊ eiecisti: q꜄ peccatuȝ in quo na
tus ⁊ conceptus eram: ⁊ dam-
nationem eius amouiſti: ⁊ ma-
lignos ſpūs ne vi anime mee fa
cerent prohibuiſti: xp̄iani me fe
ciſti vocari de nomine tuo per
quod ⁊ ego confiteor: ⁊ tu co-
gnoſcis me inter redemptos tu
os: ⁊ erexiſti: ⁊ leuaſti me ad no
titiam tuam: ⁊ amorem tuum fe
ciſti me confidere de ſalute ani-
me mee pro qua dediſti animā
tuam: ⁊ mihi ſi te ſequerer pro-
miſiſti gloriam tuam: ⁊ ecce quū
nondum ſequar te: ſicut conſu-
luiſti: ſed inſuper multa peccata
fecerim que prohibuiſti: adhuc
expectas vt ſequar ⁊ dones ꝙ
promiſiſti. Conſidera aīa mea
itendite omnia mea intima q̄ȝ-
tum illi debeat tota ſubſtantia
mea. Certe domine q꜄ me feci-
ſti debeo amori tuo meipſuȝ to
tum: q꜄ me redemiſti: debeo me
ipſum totum: q꜄ tanta promittis.
Debeo meipſum totuȝ ūno tā
tum debeo amori tuo pluſquaȝ
meipſum quantum tu es amor
maior me. Pro quo dediſti te
ipſum ⁊ cui promittis teipſum
fac precor domine me guſtare p
amorem quod guſto per cogni
tionem. Sentiam per affectum
quod ſentio per intellectū plus:
debeo quā meipſum totum: ſed
nec plus habeo: nec hoc ipſum
poſſum per me reddere totum
trahe tu domine in amorem tu
um vel hoc ipſum totum. To-
tum ꝙ ſum tuum eſt conditio-
nem: fac totuȝ in dilectione. Ec
ce domine coram te eſt meū co
natur: ſed per ſe non poteſt: fac
tu ꝙ ipſum non poteſt. Admit-
te me intra cubiculum amoris
tui: peto: quero: pulſo. Qui me
facis petere fac accipere. Das
querere: Das inuenire: Doces
pulſare Aperi pulſanti: Doces
pulſare ſi negas petente. Quid
inuenit ſi querens fruſtratur.
Cui aperis ſi pulſanti claudis.
Quid das non oranti: ſi amo-
rem tuuȝ negas oranti. A te ha
beo te deſiderare: a te habeam
impetrare. Adhere illi adhere
importune anima: Bone bone
domine ne reijcias eaȝ fame a-
moris tui. Languet refocilla eā:

Saciet eam dilectio tua impin-
guet eam affectus tuus: Imple
at eam amor tuus occupet te to
tum poſſideat: totum quia tu es
cum patre ⁊ ſpū ſancto deus ſo
lus benedictus in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

¶ Oratio deuotiſſima Beati
Anſelmi archiepiſcopi Can-
tuarienſis: ad concitanduʒ timo
rem in peccatore.

TErret nā
qʒ me vita mea
diligenter excuſ-
ſa. Apparet mi-
hi: aut peccatuʒ: aut ſterilitas ſe
re tota vita mea: ⁊ ſi quid fru-
ctus mea conſideretur: ſic ē aut
ſimulatum: aut imperfectū: aut
aliquo modo corruptū: aut poſ
ſit: aut non placeret: aut diſplice
re dō. Ergo o peccator vita tua
non iam fere tota: ſed certe tota
aut in peccato eſt ac damnabi-
lis: aut infructuoſa eſt damnabi
lis. Sed quid ſeparo infructuo
ſam a damnabili. Utiqʒ ſi eſt in
fructuoſa eſt ⁊ damnabilis. Cō
ſtat enim ⁊ iterum eſt quid ve-
ritas dixit omnis arbor que nō
facit fructum bonum excidetur
⁊ in ignem mittetur. Deniqʒ ſi
quid ago vtile prorſus nullatenꝰ
comprehenſo alimentis corpo-
ris pro quibus abutor. Sed qs
paſcit pecus quod non tantum
prodeſt quantum conſumit. Et
tamen tu benignus deus: tu nu
tris ⁊ expecta tuum inutilē ver
mem ⁊ fetenteʒ peccatis. Quā
tollerabilius canis putris fetet
hominibus quā anima pecca-
trix deoqʒ infelicius iſta deo q̄ʒ
ille hominibus heu non homi-
nem: ſed obprobrium hominuʒ
villium pecore peius cadauere
Tedet animam meaʒ vite mee
viuere erubeſco mori pertime-
ſco. Quid ergo reſtat tibi o pec
cator: niſi tu in tota vita tua plo
res totam vitam tuam: vt ipſa
tota ſe ploret totum. Sed eſt in
hoc quoqʒ anima mea miſera-
biliter mirabilis: ⁊ mirabilitas
miſerabilis: q: non tantum do-
let quantum ſe noſcit: ſed ſic ſe-
cura torpet velut quid patiet: ⁊
ignoret. Anima ſterilis quid a-
gis: Quid torpes anima pecca
trix dies iudicij venit iuxta eſt
dies domini magnus: iuxta eſt
velox nimis: Dies ire dies illa:
Dies tribulationis ⁊ anguſtie:

Dies calamitatꝭ ⁊ miſerie:dies
tenebrarū ⁊ caliginis:dies ne
bule ⁊ turbinis:dies tube ⁊ clā
goris:O vox dei domini ama-
ra.Quid dormitas anima tepi
da ⁊ digna euomi:quid' dormi-
tas? Quis non expergeſcitur?
Qui non tremit ad tantum to-
nitruum non dormit:ſꝫ mortuus
eſt.Arbor infructuoſa vbi ſunt
fructus tui? Arbor digna ſecuri
⁊ igne:Digna ſuccidi ⁊ ſuccen-
di q̄ ſunt fructus tui? Vtiqꝫ ſpi
ne pungentes ⁊ amara peccata
Que vtinā ſic te penitendo pū
gerent vt ꝯfrigerentur:ſic ama
reſcerent:vt euaneſcerent:forſā
paruū q̄d putes aliquod pecca
tuꝫ vtinam diſtrictus:Sed heu
me:nonne omne peccatum per
preuaricationem deum exho-
norare? Quod ergo peccatum
audebit peccator dicere par-
uum? Deum enim exhonora-
re quando eſt paruum? O li-
gnum aridum ⁊ inutile eternis
ignibus dignū. Quid rn̄debis
in illa die cum exiget atqꝫ vſqꝫ
ad ictū oculi:oē tp̄s viuēdi tibi
impēſuꝫ qualiter fuerit ante ex
penſum? Tum quippe condē-
nabit q̄cquid fuerit inuentū in
te operis vel ocij ſermonis ⁊ ſi

lentij vſqꝫ ad minimā cogitatōem
quod et iuſſiſti ſi non fuerit ad
dei voluntatē directū. Ve quot
pctā prorūpēt ibi: ex improuiſo qua
ſi ex inſidijs que mō nō vides.
talia: quod tamē eſt nobis mul-
tum occultuȝ propter fallax iu-
dicium. Tum propter ſubitam
contritionem ⁊ diuine gratie
preuiam infuſionem: dum autē
teipſum vilificando alijs pctō-
ribus comparas: non expedit tibi
in ſpāli ad eorum peccata de-
ſcendere: ſed ſolum in quodam
generali cum eorum peccatis
tuam ingratitudinem ponderā-
do: qui etiaȝ ſi in ſpāli velis eo-
rum peccata videre. potes ea-
dem peccata in te quadam ſimi-
litudine trāſformare: ſic te i tua
conſcientia increpando. Ecce il-
le ē homicida ⁊ ego miſer quo-
tiens occidi aīam meā. Ille for-
nicator ⁊ adulter ē: ⁊ ego tota
die fornicor ⁊ adulteror a deo
meo oculos auertendo ⁊ dia-

bolicis ſuggeſtionibus ſubponendo: ꝛ ſic de alijs. Si autem videris ꝙ diabolus te velit in talibus reſponſionibus quodā modo per talia ad deſperationem inducere: tunc omiſſis talibus increpationibus in ſpē aſſurgas: ꝯſiderata bonitate ꝛ clementia dei tui: qui tot te beneficijs iam preuenit: nec dubium quin opus ſuum in te velit perficere quod incepit. Communiter tamen de homine ſpirituali qui aliqualem dei notitiam iam percepit: de hac deſperatiōe timere non expedit: dum toto ſtudio ad ſe increpandum inuigilet. Ille tamen poſſet accidere: imo ſepe accidit in homine incipiente ꝛ ſpāliter quem deus liberauit a multis periculis ſceleribus quibus fuerat inuolutꝰ.

Ex his que ſupra iam perſtrinxi generabitur in te virtus illa que eſt mater: ꝛ origo: cuſtoſq; virtutum. ſ. humilitas: que interiores oculos aperit ad dei conſpectum: cor humanum ab omni ſuperflua cogitatione purgādo. Nam dum homo in ſuam reſilit prauitatem ſeipſum vilificando ſe increpando ſe deteſtando ſuam nihilitatem conſiderando ſibipſi intentiſſime diſplicendo ꝛ hec ſimilia cogitando ꝛ talem ſe vere exiſtimando: intantum circa propria negocia occupatur ꝙ omnis alia inutilis cogitatio areſcit. Et ſic dum anima omnia audita viſa ꝛ temporaliter operata a ſe repellit ꝛ in obliuionem adducit incipit ad ſeipſam redire: ꝛ modo mirabili in ſeipſa conuoluit ꝛ ſic ad originalem iuſtitiam ꝛ celeſteȝ prauitatē appropinquare incipit. Sic dum in ſeipſa reflectitur contemplationis oculus dilatatur: ꝛ in ſe ſcalā erigit per quā trāſeat ad contemplandum angelicum ſpūm ꝛ diuinū ꝛ ex tali cōtemplatione animus exardeſcit ad bōa celeſtia ꝛ omnia temporalia a longe conſpicit tanqȝ nihil: per hoc illa perfecta charitas incipit in mente ferueſcere: que velud ignis conſumit omnem rubiginem interioris hominis que ſi ſic totam animam occupat charitas non eſt: quo intret varietas.

Jaȝ quicquid cogitat quicquid loquitur vel operatur totuȝ prouenit ex dictamine charitatis.

Unde ſecure poteſt alijs predi-
care ſine detrimento: ſine inaniſ
glorie periculo. Neqꝫ enim vt
iam dixi poteſt aliqua vanitas
ſubintrare: vbi charitas totum
occupauit. Nunquid iam reſpe-
ctum habebit amplius ad aliqđ
cōmodum temporale: qꝛ omnia
reputat velut ſterc⁹? Sed ⁊ ipſe
laudis appetitus nunquid ani-
muꝫ eius poterit ſubintrare cū
ſe videat velut ſtercus viliſſi-
mum coram deo miſerum abho-
minabilem ⁊ ad omnia pecca-
ta procliuum niſi eum ſua beni-
gnitate manus conditoris conti-
nuo ꝯſeruaret? Quō iam extol-
li poterit de quocūqꝫ bono ope-
re qui luce clarius videt ſe nihil
poſſe penitus agere: niſi conti-
nuo de hora in horaꝫ diuina vir-
tus quoddāmodo cogat eū atqꝫ
ꝯſtringat? Quō iam ſibi aliqđ
attribuet: ac ſi a ſeipſo proueni-
at: quin non dicam centies: ſed
etiam milies eſt expertus ſuam
impoſſibilitatem in quibuſcūqꝫ
bonis operibus magnis ⁊ par-
uis ⁊ qui totiēs cognouit ſe nō
poſſe: dum voluit ⁊ quando vt
ita dicam non voluit nec cura-
uit: nec ſuper talibus cogitabat

videre ſe ſubito diuinitus exci-
tatuꝫ feruore mirabili ad illa fa-
cienda: que prius cum omni co-
natu ſuo: implere non poterat.
Nam ⁊ talem impoſſibilitatem
iccirco deus tam longo tempo-
re dominari permittit in homi-
ne vt homo diſcat humiliari et
vt nunquā in ſeipſo inaniter glo-
rietur: ſed deo attribuat oē bo-
num: non ſolum in conſuetudi-
ne quadam: ſed potius ex inti-
mis cordis ſui: vtpote qui ex ꝓ-
pria experientia doctus luce cla-
rius videt qꝛ non ſolum nō ope-
rari: ſed nec ieſus dicere: niſi in
ſpiritu ſancto ⁊ niſi ille donaret
qui dicit. Sine me nihil poteſtis
facere: vt iam regirando ex to-
tis anime ſue viribus: dn̄o confi-
teatur ⁊ dicat omnia opera no-
ſtra operatus es in nobis dn̄e:
ac cum pſalmiſta clamet: nō no-
bis dn̄e non nobis: ſed nomini
tuo da gloriam. Non igitur tali
timenda eſt vanagloria quando
iam dei vera gloria ⁊ animaruꝫ
zelus eius precordia totaliter oc-
cupant. Ecce iam ſummarie per-
ſtrinxi: ⁊ in quodaꝫ breuiloquio
poſui ea que ſunt neceſſaria ho-
mini in ſeipſo quantum ad vite

ſue perfectionem: ſi vtiliter: ⁊ ſi
ne periculo vult anime ſue ꝓcu
rare ſalutem: ⁊ hec qͥdem ſuffi-
cerent homini illuſtrato ⁊ altū
intellectum habenti: ⁊ qui ī ope
ribus ſpiritualibus longū ha-
buiſſet exercitium: q: in his que
poſui breuiter tanq̄ʒ quibuſdam
vite perfecte principijs recolli-
gere poſſet: quecūq̄ʒ alia perfe
ctorum actuū exercitia. Nā his
tribus premiſſis pfecte ſeruatis
ſʒ voluntaria paupertate: taci
turnitate: ⁊ interna mentis exer
citatione de quibuſcūq̄ʒ alijs ex
terioribus actibus quō eſſent fa
ciendi: homo facile iudicaret: q:
tamē non omnes poſſunt cape-
re faciliter breuiter dicta: paulo
diutius inſiſtemus circa particu
lares actus virtutum.

¶ Quō per inſtructorē idoneū
citius ⁊ facilius peruenitur ad
perfectionem q̄ʒ per ſeipſum.

SCiendū
igitur q̄ homo
facilius: ⁊ in bre
uiori tēpore poſ
ſet ad perfectionem pertingere
ſi haberet inſtructorem cuiꝰ re-
gimine duceretur: cuius obedie
tiam in oībus actibus paruis ⁊
magnis totaliter ſequeretur: q̄ʒ
aliquis poſſet ſeipſum perfice-
re: quantūcūq̄ʒ vigeat acumine
intellectus ⁊ libros habeat ī qui
bus videat virtutum oīum ſtru
cturam exaratam. Immo plus
dico q̄ nunq̄ʒ xp̄s ſuam gratiā
miniſtrabit: ſine quo nihil poſſu
mus: ſi homo habet a quo poſ-
ſit īſtrui ⁊ deduci: ⁊ negligit vel
non curat alterius ducatum am
plecti ſe credens ſibi ſufficere ⁊
per ſe poſſe inueſtigare ⁊ inue-
nire que ſunt vtilia ad ſalutem.
Iſta enim via obedientie ē via
regia: que homines inoffenſo
pede ducit ad ſumitatē ſcale cui
dominus apparet innixus. Hanc
viam tenuere omnes ſancti pa-
tres in heremo: ⁊ breuiter oēs
qui ad perfectionem attigerunt
poſt hanc ſemitam proceſſerunt
niſi forte deus aliquos p̄ ſeipm̄
īſtruxerit ex ꝓuilegio gratie ſin-
gularis: deficientibus eis nō in-
uenientibꝰ qui eos foras īſtrue
ret: quia tunc pietas diuina per
ſe ſupplet qd̄ exteriꝰ minime re
perit: ſi tn̄ corde humili ⁊ feruē
ti ad deū accedūt. Et qͥdem iſto

tepore heu nobis miseris: quaſi nullus reperitur: q alios de perfectione vite inſtruat: quin poti⁹ ſi homo velit tendere ad deum inueniet retrahentes multos: ⁊ quaſi neminē adiuuantē. Quā obrē expedit: vt homo ad deuꝫ toto corde recurrat: ⁊ ab eo inſtrui cum oī orationū inſtantia ⁊ cordis humilitate depoſcat: ⁊ ſe in deum ꝓijciat ſe ſibi totaliter cōmittendo. Ut ipm̄ benignus tanq̄ꝫ orphanū ſine patre recipiat: q neminem vult perire: ſed vult ad cognitionem veritatis quoſcūqꝫ venire. Igitur ad te dirigo ſermonem meū: qui magno cordis affectu deum deſideras inuenire: qui ad perfectionem anhelas: vt in aīabus aliorꝫ vtilis eſſe valeas. Ad te ergo nunc dirigo ſermonem meum: qui corde ſimplici ⁊ non duplici accedis ad deuꝫ qui queris virtutuꝫ intima penetrare: qui per viam humilitatis peruenire deſideras ad gloriam maieſtatis.

¶ De obedientia ſeruanda.

D Uobus igitur iam p̄miſſis. ſ. paup̄tate ⁊ taciturnitate tanq̄ꝫ fundamētis primarijs xp̄i athleta ſe accigat: vt obedientie regulā ⁊ ſemitā ī omnibus ⁊ per oīa teneat quātum poterit inconcuſſe. ſ. regulā conſtitutiones rubricas ordinarij: ⁊ aliorꝫ librorꝫ omni loco ⁊ tempore intus ⁊ extra in refectorio: dormitorio: in choro inclinationes ⁊ proſtrationes: ſurgendo ⁊ ſtando: ⁊ omnes maiorum ordinationes ad vnguem teneat quantum poteſt ſemper cogitans verbum xp̄i: qui vos audit: me audit ⁊ qui vos ſpernit: me ſpernit. Deinde ad coaptandum corpus ſuū totaliter in obſequio xp̄i Jeſu cohereeat: vt omnes actus ⁊ motus corporis ſint omni morꝫ honeſtate compoſiti ſerui regularum diſcipline. Neqꝫ enim poteris vnquaꝫ animā ab inordinatis cohibere: niſi prius ſtudueris corpus tuuꝫ ſubijcere diſcipline ipſum reſtrigendo: non ſoluꝫ ab omni actu ſed etiam ab omni motu incongruo ⁊ inepto.

¶ De modo regulandi corpus.

TSitur regulationē corporis intendo. Primo contra gulam inſiſtas: niſi enim cõtra hanc victoriam habeas in vanum laboras in acquiſitione aliarum virtutum. Iſtum autem modū obſerues. primo vt nihil tibi in ſpeciali procures: ſed cibarijs que fratribus cõmuniter apponuntur ſis contentus. Secularibus volentibus tibi exenia mittere nullatenus acquieſcas pro tua perſona: ſi tamē volunt conuentui mittere mittant. Inuitatiões fratrum extra refectoriuꝫ nullo modo recipias: ſed continue refectorium teneas oia ieiunia ordinis obſeruando. Et hoc ītellige quãdiu xp̄s te in ſanitate cõſeruabit. Nam ſi infirmus fueris iuxta infirmitatis neceſſitateꝫ te tractari pmittas: nihil tibi penitus pcurando: ſed omnia cum gratiarum actione recipias que tibi fuerint miniſtrata. Ut autem non excedas in ſumptione cibi ꝛ potus debes naturaꝫ tuaꝫ diligentiſſime examinare quanto cibo ꝛ potu valeas ſuſtentari. Ut ſcias iudicare inter ſuperfluum ꝛ neceſſitatem. Hoc autem habeas pro regula generali: vt ſaltem de pane comedas ſufficienter quantum natura requirit: ſpecialiter dum ieiunas: nec vnquã credas diabolo ſuadenti tibi facere abſtinentiam de pane. Et in hoc poteris experiri quantum natura requirit: vel quid ſit illi ſuperfluum: ſi tempore bine refectionis poſt nonaꝫ inueneris te grauatum: ꝛ in ſtomacho ſentias quendam ardoreꝫ: vt orare: ſcribere: vel legere nequeas: communiter hoc accidit propter exceſſum: ſi inde ſentias poſt matutinas quando cenaſti. Si vero quando ieiunas poſt completorium: ideꝫ grauamen adeſſe percipias. Igitur comede ſatis de pane: ſic tamen vt poſt comeſtionem ſis paratus legere: ſcribere: vel orare. Si tamē illa hora non eſſes ita aptus: ſicut alijs horis: dum tamen non ſentires grauamen: aliud vt predixi non eſt ſignum propter exceſſus. Cogita igitur

[..]ue nature ſufficientiam mõ pre dicto vel aliter prout te docebit altiſſimus a quo debes ſimplici ter poſtulare. Sis ſollicitus val de illum modum cõtinue obſeruare: ⁊ ſemꝑ in menſa quicquid comedis extimare: ⁊ quãdo per negligentiam exceſſeris: non ſinas abſqꝫ penitentia digna pertranſire.

## De potu

De potu vero: neſcio tibi regulam ponere niſi ꝙ paulatim te reſtringas de die in diem minus bibendo: ita tamẽ ꝙ non ſitias nimis de die ⁊ nocte: ſpecialiter aũt cum potagium comedas potes facilius pertrãſire cũ potu temperato: ita tamẽ ꝙ ſufficiat ad cibi digeſtionẽ. Nullo tamen modo bibas extra comeſtionis horam: niſi in ſero quando ieiunas: ⁊ tunc valde temperate: vel niſi ꝓpter laborem itineris: vel quacũqꝫ alia laſſitudine. Bibas aũt vinum ita linfatum ꝙ vini⁹ fortitudo deficiat. Et ſi eſſet forte: apponas aque medietatem: vel plus. Et ſic magis vel minus ſꝫm ꝙ dominus inſpirauerit.

## ¶ De modo ſtandi in menſa quo ad vtrũqꝫ hominem.

Pulſato itaqꝫ cimbalo cũ omni maturitate lotis manib⁹ i in clauſtro ſedendo nola pulſata refectorium ĩtroibis: ⁊ nõ parces tibi cũ omni fortitudine tua cum vocis ⁊ corporis modeſtia dñm benedicens: ⁊ iuxta ordiẽ tuum te collocabis in mẽſa: cogitans apud te corde pauido ꝙ debeas peccata populi manducare. Cor tuũ etiã ꝓparabis ad intelligentiam lectionis que legitur in menſa vel ſi lectionẽ non habeas ad meditationẽ aliquã ſpiritualẽ: vt nequaqꝫ totus comedas: ſed corpore ſuã refectionem habente: aĩa nullatenus defraudetur. Poſitus autem ad menſam veſtimenta decẽter coaptes: capã ſuper genua retorquendo. Statue aũt pactũ tecũ oĩno: vt nullo modo circũſpicias comedẽtes: ſed ſolum tibi appoſita videbis. In ꝑncipio cum ſederis ne extẽdas ſubito man⁹ ad incidendũ panẽ: ſed ſtes ali-

quandiu ſup te vſqȝquo ſaltē di
cas pater ⁊ aue maria: pro aia-
bus defunctorum qui in purga
torio exiſtunt magis indigentiū.
Hoc aūt generaliter habeas q
oēm actum ⁊ oēm corporis mo
tum cum quadam modeſtia fa-
cias. Si panem diuerſum: durū
mollem: album: aut aliter factuȝ
ante te habeas illum comedas
qui eſt vicinior: ⁊ libentius co-
medas illum ad quem min⁹ ſen
ſualitas inclinatur. Nunqȝ i mē
ſa aliqd petas: ſȝ permitte alios
pro te poſtulare: qđ ſi non face-
rēt patientiā habe. Non teneas
cubitos ſuper mēſaȝ: ſed ſimpli-
citer manus. Nō teneas crura
diuaricata: nec pedē alteri ſup-
ponas. Non recipias ſcutellas
duplices vel aliud qđcūqȝ: niſi
tm̄ quantum cōiter oēs alij ha-
bent. Quācūqȝ pitantiā a quo-
cūqȝ miſſam etiā a priore nō co
medas: ſed ſi potes cōpetenter i
fragmentis abſcondas vel i ſcu
tella. Ubi nota q mos deo gra
tus ē aliqd de potagio xp̄o pau
peri ſemp in ſcutella dimittere:
ſimiliter aliqua panis fragmēta
nō cruſtas: imo illas comedas:
⁊ de pane confracto xp̄o dimit-
tas. Nec nimis cures ſi de hoc
aliqui murmurent: dūmodo pre
latus tibi nō mandauerit oppo
ſituȝ. Et generaliter de oī eo qđ
comedis aliquaȝ particulā xp̄o
pauperi dimittas: ⁊ bolos me-
liores ⁊ non viliores. Sunt ta-
men aliqui qui vilia tm̄ donant
xp̄o: ſicut porcis fieri conſueuit.
Si aūt cum vno pulmento ſuffi
cienter potes comedere de pa-
ne in ſecūdo pulmento aliqd de
pane reponas ⁊ xp̄o dimittas.
Et ſi tibi dn̄s donauerit: potes
facere quaſdam mirabiles abſti
nentias deo gratas ⁊ homini-
bus incognitas. Si eſt tibi cib⁹
iſapidus ex defectu ſalis vel alia
quacunqȝ cauſa noli apponere
ibi ſal nec aliud condimentū ꝓ-
pter xp̄m felle ⁊ aceto potatuȝ:
ſed ſenſualitati reſiſtas. Simili-
ter quecunqȝ ſalamenta, que ad
nihilum valent: niſi ad gule inci
tamentum dimittere occulte po
tes. Quandocunqȝ aliquem bo
lum gratum tibi: circa finem ap
ponitur: iſtum dimitte propter
deum. Similiter caſeum: fru-
ctus ⁊ huiuſmodi: ſicut nectar
vinum melius apportatum ⁊c̄.
que non ſunt neceſſitatis pro ſa

lute corporis humani: immo frequenter eſt noxium: dum prodeſt quod delectat. Si dimiſeris ꝓpter xp̄m hec non dubito ꝙ tibi parabit in dulcedine xp̄s dominus cibum conſolationis ſpiritualis: ⁊ etiam in alio cibo quo contentus es ꝓpter xp̄m.

Et vt melius ⁊ facilius poſſis a quibuſcūqꝫ volueris abſtinere: ponas in corde tuo quādo vadis ad menſam ꝙ pro peccatis tuis debes in pane ⁊ aqua abſtinere. Unde panis ſit ſolus cib⁹ ⁊ pulmentum: tamen non pro cibo adicias: ſed vt poſſis panem conuenientius deglutire. Tene ꝙ ſi hoc poſueris in corde tuo ꝙ videbitur tibi magna pitantia habere aliquid de pulmento. Et obſerues ꝙ non ponas offas multas in parapſide: ſed ſufficiat tibi panem infrigere.

Quando vero pulmentum nō habueris comedas paneꝫ vnū vel dimediuꝫ vel paulo plus huius quando bis comeſtatus es: ⁊ nature ſatiſfacias etiam ſi talia non haberes. De multis talibus actib⁹ quos tibi exprimere nō poſſum: te inſtruet xp̄s: ſi ad ipſum ex corde recurreris: ⁊ totam ſpem in ipſo poſueris. Quis eniꝫ exprimere valet modos innumeros quos tibi deus demonſtrabit? Sis etiam attentus: ne ſis de illis: qui finem faciunt in edendo: immo quā cit⁹ poteris te expedias ſeruata debita honeſtate: vt magis lectionem poſſis attendere. Dum a menſa ſurgis ex toto corde regratieris altiſſimo qui tibi contulit bona ſua: ⁊ qui tibi virtutem aliquam preſtiterit: ne tibi ſenſualitas preualeret. Nō parcas voci tue: ſed ſm̄ poſſibilitatem tuam gratias age bonoruꝫ omnium largitori. O chariſſime cogita ꝗꝫ innumerabiles ſunt pauperes qui ad delicias maximas reputaſſent: ſi habuiſſent tantūmodo panem: quem tibi cum alijs cibarijs dominus miniſtrauit. Ita enim veraciter debes cogitare ꝙ chriſtus eſt qui tibi dedit: immo plus ꝙ in mēſa ipſe tibi ſeruiuit. Uide ergo cum quanta diſciplina cuꝫ quanta reuerentia: maturitate: ⁊ tremore debes in menſa conſiſtere: vbi vides preſentialiter deuꝫ tuum in propria perſona miniſtrare. O ꝗꝫ beatus eris ſi tibi

deſuper detur mētabilibus ocu
lis iſta conſpicere. Videres eni
ſanctorum multitudinem copio
ſam cum xpo per totum refecto
rium diſcurere.

¶ De modo perſeuerandi i ſo
brietate ⁊ abſtinentia.

VT autem
in tali modo ſo-
brietatis ⁊ abſti-
nētie iugiter per
ſeueres ſta iugiter in timore ⁊ a
deo totaliter recognoſce et ab
ipſo perſeuerantiam pete. Et ſi
non uis corruere noli alios iudi
care: nec contra eos indignatio
nis ſpiritu mouearis. Si eos ui
des in edendo debitum ordinē
non ſeruare: ſed eis compatia-
ris ex corde: ⁊ pro eis ora ⁊ eos
in corde tuo quantum potes ex
cuſa cogitando: ꝙ nec tu potes
aliqd: nec ipſi poſſunt niſi quan
tum xps porrigit manum ſuam:
qui non pro meritis tribuit: ſed
pro ſuo beneplacito voluntatis.
Si hec cogitaueris firm⁹ eris.
Naqꝫ eſt cauſa ꝙ multi quan-
doqꝫ incipiunt multa facere in
abſtinentia ⁊ in alijs qui nō per
ſeuerant corpore torpente ⁊ ſpi-
ritu frigeſcente. Certe nulla alia
niſi propter eorum elationem ⁊
preſumptionem: dum de ſe pre-
ſumentes alijs indignantur eos
in cordibus ſuis iudicando. Et
ideo deus ſubſtrahit ab eis do-
num ſuum: ⁊ vel ſpiritu frige-
ſcunt: vel ex diſcretionis vicio
plus faciunt q̄ꝫ non oporteret.
In infirmitatem icurrunt: ⁊ ſic
tandem: dum ad reſtaurationeꝫ
corporis intendunt in hoc quo-
qꝫ metas excedunt: efficiuntur-
qꝫ guloſi pluſquā alij quos pri
mitus iudicabant: ſicut ego de
quibuſdam cognoui. Naꝫ iſtud
cōmuniter accidit: ꝙ quicunqꝫ
alium in aliquo iudicat de⁹ tan-
dem permittit in illum defectuꝫ
cadere vel maiorem. Ergo ſer-
uus in timore. Et quādocūqꝫ te
ſentias in exaltatione ob memo
riam beneficiorum que tibi donat
altiſſim⁹: apprehēde diſciplinas
increpationis ⁊ proprie repre-
henſionis: ne quando iraſcatur
tibi domin⁹ ⁊ pereas de via iu
ſta. Si ſic feceris ſtabilis pma-
nebis. Ecce indicaui tibi modū
altiſſimo gratum: cōtra gule do

miſſum:ad quem pauci pertin-
gunt:qui non excedant vel plus
vel minus edendo:vel debitas
circunſtantias non ſeruando.

Poſt hec
nitaris ꝯtra ſom
nū ꝛ vigilias ma
gis debitum cu-
ſtodire in quo valde difficile ē
habere menſuraꝫ. Ubi nota ꝙ
duo ſunt in quibus ſpāliter imi
net periculum corpori: ꝛ per cō
ſequēs anime:ſi diſcretionis li
mites excedas:ſ.in nimia abſti-
nentia: ꝛ in vigilia inordināta.
Nam in alijs virtutum exerci-
tijs non ſic eſt periculum in ex-
ceſſu. Et propter hoc diabolus
habet iſtam aſtutiam finaliter:
ꝙ quando videt hominem ſpū
feruentem immittit ſibi ſugge-
ſtiones:vt faciat abſtinentias ꝛ
vigilias magnas:vt per hoc in
ducat eum ad tantam corporis
debilitatem ꝙ infirmetur ꝛ de
bilitetur :ꝛ ꝙ vlterius ad nihil
valeat:imo vt ſupra dixi:vt plꝰ
poſtea comedat ꝛ dormiat ꝙꝫ
alij. Et talis nunꝙꝫ audet aſſu-
mere exercitiuꝫ in vigilijs ꝛ ab
ſtinētijs recognoſcens ſe ꝑ talia
infirmatum ſibi diabolo ſugge
rente ꝛ dicente:nō facias talia:
neſcis ꝙ ob talia fuiſti infir-
mus:cū tamen non fuerit ꝑ vi-
gilias ꝛ abſtinētiaꝫ infirmatus:
ſed ꝙ in his diſcretionis trami
tem non ſeruauit. Unde homo
ſimplex nō intelligit ſophiſma-
ta diabolica: quibus ex vtraqꝫ
parte decipitur. Unde ſub colo
re boni ſibi dicit. Tu feciſti tot
peccata:quando poteris ſatiſfa
cere? vel ſi nō peccata enormia
dicit ei. O quāta paſſi ſūt mar
tyres ꝛ heremite. Et credit ſim
plex homo:ꝙ cū talia habeant
ſpēm boni nō poſſint eſſe niſi a
deo:ꝛ deo permittente hoc fit:
maxime quando talis primo cū
magna humilitate ꝛ tremore ꝛ
cum inſtantia orationū nō recur
rat ad deum:qui eum illumina
ret:ꝛ dirigeret:quando nō reperi
ret hominem directorem. Ho-
mo.n.qui ſub obediētia ſācta
ꝯſiſtit ꝛ ꝯtinue regulā directiōis
dirigitur ꝛ inſtruitur a talibus
deceptionibus tutus eſt:etiam ſi
ipſe pater ſpiritualis aliquando
aliqualiter erraret. Deus enim
propter humilitatem obedien-
tie totum ſibi diſponit ad bonū

ſicut probari poſſet multis au-
ctoritatibus ꝛ exemplis. Itaqꝫ
circa ſomnum ꝛ vigilias: talis
modus poterit obſeruari. Ut
ſcꝫ tempore eſtiuo poſt prandi-
um: poſtq̄ꝫ campana pro ſilen-
tio eſt pulſata: quieti membra
componas: ꝛ enim illud tempꝰ
ad ſpūalia exercitia minꝰ aptuꝫ
eſt: ꝛ per hoc in nocte amplius
poteris vigilare: hoc tamen ge
neraliter debes obſeruare quo
tienſcunqꝫ vis dormire: vt ſem
per vel pſalmos rumines: vel
ſpūale aliquid mediteris: ꝙ eti
am ſomno intercipiat: ꝛ quan-
doqꝫ tibi in imaginatione pre-
ſentetur. In ſero ħ cōmuniter
habeas: vt non multuꝫ vigiles.
Nam per vigiliam ſerotinam
impeditur attentio ꝛ deuotio i
matutinali officio. Eſt enim cō-
muniter talis ſomnolentus gra
uis ꝛ indeuotus: quando nimis
vigilat in ſero. imo aliqñ ex to
to a matitunali officio cogiẗ re
manere. Igitur ſtatuas tibi ali-
quas breues orationes vel ali-
quam lectionem vel meditatio
nem quibus in ſero ante q̄ꝫ dor-
mias breuiter occuperis. Et in
ter alias meditationes ſi in hoc
fertur tua deuotio: poteſt: tua
mens ferri ad ea que in paſſio-
ne domini illa hora contigerūt:
ꝛ ſimiliter faciendo in omnibꝰ
alijs horis iuxta modum quem
habes a beato Bernardo tra
ditum: vel prout tibi dominus
inſpirauit. Non tamen eſt om-
niuꝫ deuotio vniformis: ſed ali
us plus alio excitatur. Alijſ eni
ſufficit in ſua ſimplicitate in fo-
raminibus habitare. Nullus ta
men quantumcunqꝫ pollens i-
genio debꝫ amittere ea que poſ
ſunt eum ad deuotionem exci-
tare: immo que legit vel ſtudet
debet ad chriſtum inflectere cū
ipſo loquendo: ꝛ ab ipſo intelli
gentiam poſtulando. Sepe duꝫ
actu ſtudet a libro debet ad ho
ram oculos auertere: ꝛ oculis
clauſis: ſe in chriſti plagis ab-
ſcendere: ꝛ iterato ſe ad librum
conuertere. Etiaꝫ quandoqꝫ de
bet a ſtudio ſurgere: ꝛ in celum
flexis genibus aliquam ignitaꝫ
orationem cum breuitate ad de
um fundere: vel etiam cellaꝫ e-
gredi ꝛ eccleſiam clauſtruꝫ vel
capitulum circuire: ſm̄ ꝙ impe
tus ſpiritus confert: ꝛ aliquan-
do oratione firmata vel informi

per gemitus ⁊ ſuſpiria de ebul-
litione cordis diuinum auxiliū
implorando vota ſua ⁊ deſide-
ria altiſſimo preſentando: ſan-
ctorum ad hec auxilium implo-
rando. Et illud negocium quan
doqꝫ agitur ſine pſalmis: ⁊ ſine
quibuſcūqꝫ orationibus exteriꝰ
formatis verbo: quāuis hoc ali
quando initium ſumpſerit: vel
ex aliquo verſu pſalmi: vel alte
rius ſcripture: ſiue alicuius ſan-
cti nobis interdū deo inſpiran
te iterius proprio deſiderio vel
cogitatu adinuentum. Cum au
tem ille feruor ſpiritus tranſierit
qui cōmuniter parum durat po
tes ad memoriam reuocare ea:
que pauloante ſtudueras: ⁊ tūc
dabitur tibi clarior intellectus:
quo facto iterato ad ſtudium re
deas: vel ad lectionem ⁊ iterato
ad orationem: ⁊ ſic alternando
cōmutes. Nam per huiuſcemo
di cōmutationē in oratione ma
iorem reperies deuotionem: ⁊ i
ſtudio intelligentiam clariorem.
Iſte autem feruor deuotionis
poſt ſtudium lectionis: lꝫ quacū
qꝫ hora indifferēter veniat ſm
ꝙ ille dignatur immittere: qui
ſuauiter diſponit omnia: prout
vult: tamen cōmuniter poſt ma
tutinas amplius euenire conſue
uit. Et ideo in ſero parum vigi
les: vt totum ſpiritum poſt ma-
tutinas in ſtudio ⁊ oratione va-
leas occupare. Igitur in nocte
dum audis horologiū: vel qđ-
cunqꝫ ſignū ſtatim excuſſa om-
ni pigritia a ſtrato diſcedas: ac ſi
ibi eſſet ignis accenſus: ⁊ flexis
genibus: cum feruore aliquam
orationem effundas: ſaltem aue
maria: vel aliud in quo animus
tuus magis inflammatur. Ubi
nota ꝙ ad hoc vt faciliter ⁊ ſine
moleſtia: immo cum quadā ala
critate tunc cū ſurgas multū fa-
cit: ſi ſupra ſtratum durum dor-
mias ⁊ iaceas indutus. Hoc de
bet habere generaliter ſeruus
dei: vt omnem molitiem ⁊ com
placentiam fugiat: ita tamen ꝙ
diſcretionis limites non exce-
das. Habeas igitur de paleis
ꝙ quanto amplius expreſſione
durante extiterint gratiores de
bes habere: ⁊ ſuper ipſas ſuffi-
ciat tibi flaciatam ſeu cooperto
rium habere: pro tegumento au
tem contra frigus vnam vel du
as pro ipſorum diuerſitate ſe-
cundum ꝙ tua neceſſitas poſtu

labit. Ad caput autem ſacculuꝫ plenum paleis habeas: ⁊ fugias molliciem puluinaris: ⁊ ſimiliter omnes molicies: alias aſſuetas: ſicut de ſudaribus ſub maxilla vel ad collum: ſeu ad zonaꝫ niſi forte de nocte in eſtiuo tempore propter ſudorem. Nam talibus natura non indiget: ſꝫ ſunt quedam male conſuetudines introducte. Dormias etiam indutus: ſicut de die: niſi ꝙ ſotulares debes extrahere: ⁊ corrigiam relaxare: potes tamen tempore eſtiuo magni eſtus capam detrahere: ⁊ cum ſolo ſcapulari quieſcere. Si per iſtum moduꝫ dormias non erit tibi moleſtum ſurgere: immo cito ⁊ cum alacritate conſurges. Dum igitur officium de beata virgine dicitur: ſtans in hoſtio celle tue non apodiatus: ſed ſuper pedes tuos cum omni attentione competenti voce: diſtincte: ⁊ alacriter dicas officium virginis glorioſe. Et te ſic habeas quaſi eam cerneres corporalibus oculis coram te. Officio virginis terminato ⁊ completa corporis neceſſitate ad eccleſiaꝫ vadas: vel ad clauſtrum prout maiorem deuotionem inuenies. Ubi nota ꝙ ſeruus dei: eundo et redeundo ad cellam: vel quocunqꝫ alio loco non debet eſſe ocioſus corde ſed vel pſalmos: vel aliquid ſpirituale ruminare. Poteſt tamē ante inchoationem officij chorum intrare: ⁊ aliquid ſpirituale premeditari: vt deuotius ⁊ attentius cum alijs pſalmos valeat decantare. Pulſatis igitur matutinis ⁊ factis venijs: vel inclinationibus: pſallendo ſta ſuper pedes tuos nō appodiatus: ſed corde ⁊ corpore ita viriliter coram deo tuo: ⁊ ipſius laudes cum omni alacritate decantare cogitans ꝙ ſine dubio ſancti angeli ſunt preſentes: in quorum conſpectu pſallens deo: eos debes continue reuereri: vtpote qui faciem dei patris in celis vident quā tu nundū niſi ſpeculo ⁊ in enigmate cōtēplaris. Nunquā parcas voci quātum potes diſcretiōe regēte nō ꝑmittas iota vnū tā ĩ pſalmis: ꝗ̄ ĩ ſib⁹ dictionib⁹: ⁊ ſyllabis ꝗ̄ꝫ de voce. Et ſi nō poteſ eqli voce cū alijs: tn̄ cū voce ſubmiſſa. Et ſi poteſ pſal. ⁊

hymnos cantes in libro dum intellectum habes in pſalmis et ceteris orationibus: vt conſolationem ſpiritus reportes: tunc oportet te eſſe ſollicitum ne in actu exteriori .ſ. in geſtu corporis ⁊ ſono vocis aliquid appareat leuitatis: ſed tunc ſpecialiter oportet te ſeruare mentem ⁊ debitam grauitatem. Nam ſpiritualis letitia in quãdam cõuertitur leuitatem niſi freno diſcretionis actus comprimatur extrinſecus. Toto conatu tuo facias vt pſallas ſpiritu ⁊ mẽte Nam magnus labor eſt homini precipue incipienti nondum in deo roborati tempore pſalmodie mentem ab euagatione conſtringere. Semper in choro teneas locum tuum: ⁊ communiter te ponas in vno loco: niſi forte alius veniret: cui merito cedere oporteret. Si in choro preuideris aliquem defectum: per te vel per alium implere. Unde nota ꝙ deus gratum haberet ſi pridie preuideres rubricas: ⁊ omnia dicenda in choro: ⁊ paratus eſſes ad omnes defectus ⁊ negligentias alioꝝ ſupplendas: Sed caueas ꝙ dũ in choro eſt aliqua contrauerſie eorum que ſunt dicenda vel cantanda: ne tu os tuum aperias: etiam ſi certus eſſes de eo ꝙ dicendum eſſet. Sed multi qui pro vno modico tantum litigant. Minus malum eſſet errare ꝗ̃ litigare. Si autem vnico verbo poſſes errorem chori corrigere: tunc facere debes ſpũaliter ſi tu es de prouectioribus in choro. Si autẽ te vides ſpiritu impatiente agitari: melius eſt ꝙ tu ſtudeas motum animi tui ſubiugare. Si autem aliquis male legit vel cantat: vel quocunqꝫ modo inepte ſe habet: non ſubmurmures vel corrigas: eſt enim ſpecies cuiuſdaꝫ iactantie talis correctio. Idem in lectione quantumcunqꝫ quiſ male ⁊ inepte legat: nec etiam aliquod ſignum facias: quia hic eſt ſignum mentis vento elationis inflate. Quando multi ſubito currunt ad aliquem defectuꝫ implendum non te ingeras. Si autem nullus eſſet ſupplens: tunc cuꝫ omni modeſtia ad ſupplendum occurras: ſed ſi potes taliter defectum anticipes: ne valeat deprehendi. Caue tamẽ

ne duas lectiones immediate le
gas vel duo reſponſoria niſi tā
tus eēt defectus: ⁊ maxime vbi
eſt multitudo fratrum. Item nō
de facili te ingeras: ſi iuuenis
es: ad dicenda ea que pertinēt
ad antiquos. Non circumferas
oculos hinc ⁊ inde: nec aliqueꝫ
videas quid faciat: vel quomo-
do ſe habet: ſed oculis in terraꝫ
dimiſſis: vel ſurſum erectis: vel
clauſis: vel ad librum ſtes. Sē-
per quando dicis diuinum offi
cium: dum ſtas: vel ſedes: non
teneas manus ſub mento: ſed
ſub cappa: vel ſcapulari: vbi nō
decens eſt ſemper cappam ha-
bere. Non teneas vnum pedē
ſuper alium: vel tibias diuari-
catas: ſed cum omni modeſtia:
vt qui es in preſentia dei tui.
Caueas ne digitos teneas i na
ribus. Sūt eni aliqui qui i hoc
⁊ talibus miſerijs: non ſine dia
boli ſtimulatione occupantur.
Diuertens a diuino officio ⁊ i
deuotionem non modicam oſtē
dentes. Multi tales actus par
ticulares occurrunt qui nō poſ
ſunt exprimi: ſed ſi humilitatem
habueris: ⁊ integram charita-
tem de oibus vnctio te docebit

Tu qui legis attende: ꝙ cuꝫ hic
ponant multi actus: qui ad vnā
circunſtantiam variantur: non
propter hoc ita improbes ſi ali
quando aliter fieri oporteret: ſi
cut de loquendo in choro cum
errore apparet: ꝙ ad antiquum
bene pertinet emendare. Gene
raliter tamen verum eſt: ꝙ ſer
uum dei litigare nō decet. Mi
nus malū eſt patiēter tollerare
errorem q̄ꝫ contentionibus de
ſeruire quanto magis in choro.
vbi tales contentiones ſcanda-
loſe: ⁊ attentionis: ac tranqui-
litatis mentis ſunt conturbati-
ue. Similiter cum dico ꝙ ſemp
legat: vel cantet in choro. Quā
doqꝫ enim poſſet oriri talis in
mente deuotio: que ex cantu im
pediretur: ꝙ melius eſſet apud
ſe dicere officium: precipue vbi
alij eſſent qui ſufficerent ad cā-
tandum: ⁊ ſic de multis alijs: p
ut melius docebit altiſſimus: ſi
contēptis omnibus ei corde ſim
plici volueris adherere. Non
enim debet ſibi quiſqꝫ faciliter
credere: vt oppoſitum faciat: ni
ſi longo virtutum exercitio di-
ſcretionis ſpūs ſit adeptus.
¶ De modo predicandi.

In predicationibus ꝛ exhortatōibus: vte re eloquio ſimplici: ꝛ confabulatione domeſtica ad declarationem actuum particularium. Et quantum potes inſiſte cū exercitijs: vt quilibet peccatoꝛ habens illud peccatū videatur percuti: ac ſi ſibi ſoli ꝑdicares: taliter tamen ꝙ verba videantur ab animo pꝛocedere non ſuperbo vel indignanti: ſꝫ magis ex viſceribus charitatis ꝛ pietatis paterne: ſicut pater condolet peccantibus filijs vel infirmitate graui: vel fouea grādi iacentibus: quos nititur extrahere ꝛ liberare ꝛ fouere: ſicut mater: ꝛ ſicut qui gaudet de pꝛofectu eoꝛum. ꝛ de gloꝛia paradiſi ſperata. Talis enim modus conſueuit eſſe pꝛoficuus audientibus. Nam virtutibus et vicijs locutio generalis parum excitat audientes. Item in confeſſionibus: vt ſiue blandias puſillanimes: ſiue terreas induratos: ſemper viſcera charitatis oſtendas: vt ſemper peccatoꝛ ſentiat ꝙ verba tua ex pura caritate deſcendant. Et ideo charitatiua verba: ꝛ dulcia ſemper pungitiua pꝛecedant. Tu itaqꝫ qui deſideras pꝛoximoꝛum animabus eſſe vtilis: pꝛimo ad deum ex toto coꝛde recurre: ꝛ hāc petitionem ab eo ſimpliciter poſtula: vt tibi illam charitatem dignetur infundere in qua eſt ſūma virtutum per quam poſſis perficere quod optas.

Ad honorem domini noſtri ieſu xp̄i dicā tibi remedia contra aliquas tentationes ſpirituales que in iſto tempoꝛe abundant in terra ad purgandum ꝛ pꝛobandum electos que ꝙ̄uis expꝛeſſe maniſeſte non ſint de aliquo pꝛincipali articulo fidei: tamen qui bene reſpicit cognoſcit ꝙ ſunt in periculo deſtructionis pꝛincipalium articuloꝛum fidei: ꝛ ꝙ pꝛeparant cathedram: ꝛ ſedem antichꝛiſto. Quas tentationes nolo expꝛimere ne ponam materiā ꝛ occaſionem ſcandali ſeu offendiculum coꝛam ſimplicibus ꝛ imperfectis. Sed monſtrabo tibi

per quam ſpiritualem diſcretio-
nem debes te regere ſi nõ vis
eſſe victus a predictis tentatio-
nibus. Et que predicte tentatio-
nes veniunt duobus modis.
Primo quidem per ſuggeſtio-
nem ⁊ illuſionẽ diaboli: qui de-
cipit hominem in regimie q̃d
deberet habere erga deum: ⁊
in hoc quod eſt dei. Secundo
per corruptam doctrinam ali-
quorum: ⁊ eorum modum vi-
uendi qui iam venerũt in pre-
dictas tentationes: propter hoc
volo tibi dicere ꝙ regimen de-
bes habere erga deum: ⁊ illud
quod eſt dei: ſi vis eſſe immu-
nis a predictis tentationibꝰ. Et
poſt quomodo debes regi er-
ga alios quantum ad doctrinã
⁊ modum viuendi eorum. Pri-
mum ergo remedium contra tẽ-
tationes ſpirituales huius tem-
poris quas procurat diabolus
in cordibus aliquorum eſt ꝙ il-
li qui volunt ſe ſubdere deo nõ
deſiderent per orationem vel
contemplationem vel per alia
opera perfectionis: viſiões vel
reuelationes: vel ſentimẽta que
ſunt ſupra naturam: ⁊ ſupra om-
nem curſum eorum: qui diligũt
deum ⁊ timent per veriſſimuꝫ
amorem: quia predictum deſi-
derium non poteſt eſſe deſideri-
um ſine radice ⁊ fundamẽto ſu-
perbie: ⁊ preſumptionis: vel in-
tentiones alicuius vane curioſi-
tatis circa deũ: vel ſine fragilita-
te fidei. Et per hunc defectuꝫ iu-
ſtitia dei dimittit animam que
habet antedictum deſiderium:
⁊ permittit venire in talem il-
luſionem ⁊ tentationem diabo-
li per falſas viſiones ⁊ reuela-
tiones: ⁊ falſas ſeductiones per
quem modum ſeminat maiorẽ
partem tentationum ſpirituali-
um huius temporis: ⁊ radicat
eas in cordibus illorum qui ſũt
nuncij antichriſti ſm ꝙ poteris
videre per ſubſequentia. De-
bes enim ſcire ꝙ vere reuela-
tiones: ⁊ ſentimenta ſpiritualia
ſecretorum dei: non veniunt p
antedictum deſiderium: neqꝫ p
aliquem conatum: ſeu ſtudium
ꝙ aĩa hẽat in ſe. ꝰ tñ veniunt
pura bonitate dei in aĩaꝫ q̃ ẽ in
magna hũilitate ⁊ ĩ magno deſi-
derio dei ⁊ reuerentia. Nec ẽt
exercitet ſe in magna hũilitate:
⁊ timore dei ꝓpter hoc vt hõ-
hẽat viſiões ⁊ reuelatões ⁊ ſẽ-

timēta ſuſpdicta: q2 ī idē delictū
caderet in quod per ſupradictū
deſiderium. Secundum reme-
dium eſt ꝙ in aīa tua in tua ora
tione vel cōtemplatione nō ſuſti
neas aliquā conſolationem vel
paruam: ex quo tibi videretur
ꝙ fundaret ſe in preſumptione
⁊ extimatione tui ipſius ⁊ poſt-
q̄ꝫ te ducit in abuſiones proprij
honoris ⁊ reputationem: et ex
quo ſuggeret mēti tue te dignū
eſſe vel huius vite glorie: ⁊ lau
dis vel paradiſi: q2 ſcias ꝙ aīa
que ſentit ſe in tali conſolatione
venit: ⁊ incurrit in plures ma-
los errores: quia domin9 per ſu
um iuſtum iudiciꝫ permittit po
ſtea diabolo augmentandi predi
ctam conſolationeꝫ: ⁊ acceleran
di: ⁊ imprimere in illa anima fal
ſiſſima ⁊ periculoſiſſima ſenti-
menta: ⁊ alias illuſiōes quas cō
ſolationes credit ⁊ putat eſſe ve
ras. Heu heu deus meus quot
pſone ſunt decepte per iſtū mo
dum. Et ſcias pro certo ꝙ ma-
ior pars raptuum: imo rabierū
nunciorꝫ antixpi venit per iſtuꝫ
modum. Et ꝓpter hec caue ꝙ i
tua oratione vel contemplatiōe
non ſuſtineas aliquam conſola-
tionem: niſi illam que venit poſt
perfectam noticiam ⁊ completū
ſentimentum tue humilitatis et
perfectionis: ⁊ quia facit pſeue
rare dictam noticiam ⁊ antedi-
ctum ſentimentum in te: ⁊ ī ma-
gnitudinem: ⁊ altitudinem dei
per altam reuerentiam ⁊ cū ma
gno deſiderio honoris dei ⁊ glo
rie: ⁊ ꝙ antedicta cōſolatio fun
detur in predictis. Tertium re-
medium eſt ꝙ omne ſentimen-
tum quantūcūqꝫ altum ⁊ oīs vi
ſio quātūcūqꝫ ſit ſecreta ⁊ ſecre
to tibi appareat quecūqꝫ ſit ex
quo ducit cor tuum ad opinio-
nem: vel in infectionem contra
aliquem articulum fidei: vel cō-
tra bonos mores: ⁊ maxime cō-
tra humilitatem: vel contra ho-
neſtatem exhoreſcas: q2 ſine du
bio ex parte diaboli venit. Et ſi
appareret tibi aliqua viſio ſine
lumine ⁊ ſentimento: de qua ſis
certus ꝙ venit ex parte dei: et
ꝓpter quā ſis certificatus in cor
de tuo ꝙ illud quod inducit vi-
ſio eſt deo placitum noli te fir-
mare ī dicta viſione. Quartum
remedium eſt ꝙ nec ꝓpter ma
gnam deuotionem: nec propter
magnam vitā: nec ꝓpter claruꝫ

ītellectū: nec ꝓpter aliquā ſuffi-
cientiam aliam quam vides in
aliquam perſonam: vel aliqui-
bus perſonis noli ſequi eorum
ꝯſilia: nec eorum modos ex quo
cognoſcis clare: ⁊ multum ratio
nabiliter ꝙ eorum conſilia non
ſunt ſm deum: ⁊ veram diſcre
tionem: ⁊ per vitam ieſu xpi: ⁊
ſanctorum monſtratam: ⁊ ꝑ ſan
ctam ſcripturam in dictis ſan-
ctorum notificatam ⁊ predica-
tam. Et propter hoc non timeas
ꝙ ſpernendo talia conſilia eorū
pecces per ſuperbiam: ⁊ ꝓſum
ptionem dūꝫ hoc facis propter
zelum ⁊ amorē veritatis. Qui
tum remedium eſt ꝙ fugias: ⁊
vites familiaritates: ⁊ ſocietates
illorum: ⁊ illarum: qui vel que
dictas tentationes ſeminant: ⁊
diffundunt: ⁊ vites illas perſo-
nas que ſuſtinent: ⁊ laudant eas
⁊ noli audire illorūꝫ verba: nec
collationes eorum: nec modos
eorum velis videre: quem tibi
demon ſubminiſtrabit: ⁊ oſten-
det magnum ſignum perfectio
nis in pluribus eorum verbis ⁊
modis: que ſi velis accipere: ⁊
ea illis credere venires: ⁊ rue-
res in pericula: ruinas: ⁊ preci-
pitia errorum illorum.

POſt hec dicaꝫ ti
bi aliqua reme-
dia que debes at
tēdere per temet
ipſum circa ali-
quas perſonas que ſemināt di
ctas tentationes per eorum vi-
tam ⁊ doctrinam. Primum ꝙ
debes attendere erga tales per
ſonas eſt ꝙ nō habeas magnaꝫ
extimationem viſionum eorum
⁊ ſentimentorum: nec eorūꝫ ra-
ptuum: imo ſi dicerent tibi ali-
quid quod ſit contra fidem: ⁊ ꝑ
ſcripturam ſacram: aut contra
bonos mores: aborreas eorū vi
ſionem: ⁊ ſentimenta tanq̄ꝫ ſtul
tas dementias: ⁊ eorum raptus
ſicut rabiamenta. Tamen ſi di-
cant ſiue inducant in hoc quod
eſt ſm fidem: ⁊ ſanctam ſcriptu
ram: ⁊ ſm ſanctos: ⁊ ſm bonos
mores: noli ſpernere: q̄ꝛ ſperne
res qđ eſt dei: tamen non confi
das totaliter: qꝛ ſepe ⁊ maxime
in tentationibus ſpūalibus fal-
ſitas induitur ſeu abſconditur
ſub ſilitudine veritatis: ⁊ mali-
tia ſub ſilitudine boni: vt diabo
lus poſſit ſepe ⁊ melius morta-
le venenū ſine ſuſpitione diffū

nere. Et iō credo ꝙ plus placet
deo ꝙ viſiones ⁊ ſentimēta et
raptus qui ſm ꝙ dictū ē habēt
ſilitudinem veritatis: ⁊ bonitatꝫ
dimittas ire pro tanto ꝗ̄ztū va
lent: niſi ꝯtingat aliquibus pſo
nis rōne ſanctitatꝫ ⁊ diſcretiōis
ac eoꝝ humili ꝓbitate: de q̄bus
certum eſt ꝙ ꝑdicte pſone non
poſſunt decipi ꝑ illuſiōes: nec ꝑ
ingeniū diaboli. Et tūc ꝗ̄zuis ſit
pium viſiōibus: ⁊ ſentimentꝫ ta
lium perſonaꝝ ꝯſentire: tn̄ ſecu
rū eſt: nō totaliter credere i eis
rōne ſui: ⁊ per oratione ꝑdictā:
ſed ꝗ̄ztum ꝯcors cuꝫ fide catho
lica ē: ⁊ ſacra ſcriptura: ⁊ bonis
moribus: ⁊ verbis ſanctis ac do
ctrina ſanctoꝝ. Scd̄m remedi-
um eſt: ꝙ ſi per reuelatione vel
ſentimentū: vel aliū moduꝫ cor
tuū moueat ad faciendū aliqd
opus: ⁊ maxime opus graue: ⁊
notabile: nō tibi ꝯſuetū: de quo
nō habeas certitudinē: an deo
placeat: imo dubitas rōnabili-
ter: ꝯtrahas morā ad faciendū
dictū opus: uſqꝫ quo iſpexeris
oēs circūſtātias: ⁊ maxime fina
les: ⁊ cognoſcas: ꝙ deo placet:
nō tn̄ ꝙ tu iudices ꝑ te tuā opi
nionē: ſꝫ ſi potes ꝑ teſtimonium
ſacre ſcripture vel exēplū imi-
tabile ſanctoꝝ patrum. Et dico
exēplum imitabile: qꝛ ſm btm̄
Gregorium aliqui ſancti fecere
aliqua opa que nō debem⁹ imi-
tari: ꝗ̄zuis bona eēnt in eis: ſed
debemus ea habere in admira
tiōe ⁊ reuerētia. Et ſi ꝑ temet-
ipm nō potes venire in notitiā
an placet deo: petas ꝯſiliū a pſo
nis approbatis in vita ⁊ doctri
na: ⁊ ꝯſilio totius veritatꝫ. Ter
tiū remedium eſt: ꝙ ſi tu es im
munis a predictis: ſic ꝙ nunꝗ̄
habueris: vel ꝗ̄zūcūqꝫ habue
ris: fueris liberatus ab eis: diri
ge cor tuū: ⁊ itellectū ad deum
recognoſcendo humiliter grāꝫ
dei tibi faciam: ⁊ eidem ex cor-
de multotiēs: imo indeſinēter
regratieris ſup hoc. Et caueas
tibi ꝙ hoc qd̄ habes per pu-
ram grām ⁊ bonitatem dei ve-
lis attribuere virtuti: vel ſapiē-
tie tue: vel merito tuo: ſiue tuis
morib⁹: neqꝫ qd̄ fuerit factum a
caſu ſeu a fortuna: qꝛ ſm ꝙ di-
cunt ſancti: hoc eſt ꝑncipalius ꝑ
qd̄ deus bn̄ficium ſue grē au-
fert ⁊ ſubtrahit hoi: ⁊ permittit
eū ſubiici tentationibus ⁊ illu-
ſiōibus diaboli. Quartū reme

dium eſt: q te exiſtente: ſeu cor-
de tuo in tentatione ſpūali: per
quā es in dubio nō incipias ex
tua ꝓpria volūtate aliqd nota-
bile tibi ante incōſuetū: ſ; cor tu
um refrenādo: et voluntate ex-
pectes humiliter: et cū tremore
ꝛ reuerentia dei: vſq; quo deus
cor tuū clarificet: q: ſcias ꝓ cer
to q ſi exiſtēdo in dicto dubio
ex tua ꝓpria volūtate inciperes
aliqd notabile incōſuetum tibi
nō poſſes exire ad bonū finem.
Et intendo dicere de icipiendo
opa notabilia et inconſueta ſup
que eſt dubiū antedictū. Quin
tum remediū eſt: q ꝓpter ante
dictas tentationes: ſi eas habe
as nō dimittas aliqd bonū qd
incepiſti: dum nō eras in tenta
tionibus antedictis. Et maxime
non debes dimittere orare: nec
confiteri: nec cōicare: nec ieiu-
nare: nec opa pietatis: ꝛ hūilita
tis: l; ꝯſolationem nō inuenias i
operibus antedictis. Sextū re-
mediū eſt: q ſi tentationes ante
dictas habeas: leua cor tuum et
intellectū ad deū querendo hu-
militer hoc qd erit ei honorabi
lius: ꝛ tue aīe ſalubrius ſup tua
tentatione ſubijciendo tuā vo-
luntatem: volūtati diuine: ſic q
ſi tibi placet q perſeueres in il
lis tentationibus: ſiliter ꝛ tibi
placeat: vt deū non offendas.
Quia placet mihi
multū de hoc qd
cepiſti bonū ad
honorē dei: ꝛ de
deſiderio: nō ſo-
lum q perſeueres: quinimo vt
aſcēdas ad maiora opera virtu
tum: vel ſaltem deſideres: iccir-
co ſcribo tibi aliquas rationes.
vnde poteris cor tuum excitare
ꝛ mouere ad maiores perfectio
nes oīmode virtutis: q; non in
cepiſti: nec potes ſeruare ꝑ pro
priā virtutē. Prima rō eſt: q: ſi
inſpicias q̄tū deus eſt dignus
amari: ꝛ honorari ſm ſuā boni
tatē ꝛ ſapientiā: ꝛ alias ſuas ꝑ-
fectiōes: q ſunt in eo ſine nūero
ꝛ ſine termino: videbis q hoc
qd credidiſti multū ꝛ magnum
ad honorē dei: ꝛ ſm bonitatem
ſuā: eſt minimū: ꝛ quaſi nihil in
reſpectu q deberes eſſe ſm q
deus eſt dignus. Iſtā rōnē ic-
circo pono primā: q: ꝑncipali-
ter debemus attēdere in oībus
opibus nr̄is: honorē ꝛ reueren
tiā: ꝛ amorē dei: q: in ſeipſo ē di

gnus amari per oēm creaturaꝫ.
Scđa rō ē:attēdas quot deſpe
ctus ⁊ vituperia:egeſtates ⁊ do
loꝛes:⁊ paſſionē q̄ꝫ tam amarā
ſuſtinuit filius dei ꝑpter amoꝛē
tui: ⁊ hoc vt ames ⁊ honoꝛes
eū:cognoſces ꝙ parꝫ eſt:qđ fe-
ciſti ad deum amanduꝫ ⁊ hono
randum:ſcḋm ꝙ facere deberes
Iſta ratio altioꝛ eſt ⁊ perfectioꝛ
q̄ꝫ ſequētes:⁊ iō pono eā ſcđaꝫ.
Tertia ratio ē:ꝙ ſi cogitas in-
nocentiā ⁊ perfectionē quā de-
bes habere:ſcḋm mādatū dei:ꝑ
qđ teneris eē abſq3 oi vicio: ⁊
ſiñ oi culpa:⁊ in plenitudine v͛-
tutis totꝰ:ſicut ē ꝙ debes ama
re deum ex toto coꝛde tuo:⁊ ex
oi mente tua:⁊ totis viribus tu
is:videbis manifeſte infirmita-
tem tuam ⁊ diſtantiam in qua
es a p̄dicta innocentia ⁊ per-
fectione. Quarta ratio eſt:quia
ſi cogitas multitudinem ⁊ largi
tatem beneficioꝛum dei:⁊ gra-
tiarum coꝛpoꝛalium:⁊ ſpiritua-
lium que tibi ⁊ alijs:vel que ſin
gulariter tibi date:ſentires ꝙ h̄
quod facis:vel potes facere ꝑ
pter deū:eſt nihil ad dicta bñfi
cia recompēſandū ⁊ gr̄as dei:
⁊ maxime ſi liberalitatem atten
das ⁊ bonitatem. Quinta eſt:
q: ſi cogitas altitudinem ⁊ no-
bilitateꝫ remunerationis:⁊ glo
rie p̄miſſe et parate illis q ſa
ciunt opera virtutum ad hono
rem dei:qm̄ gloꝛia tanto maioꝛ
quanto opera erunt virtuoſa ⁊
⁊ maioꝛa:cognoſces p̄o certo
tuū meritum eſſe nihil in cōpa
tione tante glīe: ⁊ deſiderabis
facere opa virtuoſa q̄ꝫ ante fe
ceras. Sexta rō eſt:q: ſi atten-
das pulchritudinem ⁊ generoſi
tem quaꝫ habent virtutes in ſe
⁊ nobilitatem quam recipit aīa
per ſup̄adictas virtutes:⁊ ſi at
tendas ad vilitatem ⁊ turpitu-
dinem quā habent vicia ⁊ pec-
cata conaberis ſi ſapiens fueris
ad amplius acquirendū virtu-
tes ⁊ amplius fugiendum vi-
cia ⁊ peccata. Septima ratio eſt
ſi attendas altitudinem ⁊ per-
fectionem vite ſanctoꝛū patruꝫ
⁊ eoꝛum multas ⁊ pfectas vir-
tutes:cognoſces impfectiōeꝫ ⁊ i
firmitatem vite tue:⁊ tuoꝝ ope
rum. Octaua rō eſt:q: ſi cogno
ſcas magnitudinem peccatoꝛuꝫ
⁊ multitudinem offenſaꝝ q̄ fe-
ciſti ꝯtra deū:cognoſces:q: opa
tua q̄ facis q̄ꝫcūq3 bona ſint

ſunt nihil ad ſatiſfactionem per
viam iuſticie de offenſis dei.
Nona ratio eſt: quia ſi ſpecule-
ris vniuerſitatē ⁊ pericula tem-
ptationū carnis: ⁊ mundi et dia
boli: conaberis ad aſſumendū
maiorem firmitatem: ⁊ maiorē
altitudinem: in omni virtute q̄ʒ
feceris vnq̄ʒ: vt poſſis in maio
ri ſecuritate perſiſtere contra di
ctas temptationes. Decima ra-
tio eſt: quia ſi cogites diſtrictū
iudicium dei finale: ⁊ cum appa
ratu bonorum operum: ⁊ cū ſa
tiſfactiōe de offenſis dei: et q̄ de
beas venire ad dictū iudicium
videbis q̄ parum eſt quod fe-
ciſti per bona opera: ⁊ peniten
tiam: ſm̄ q̄ facere debuiſſes.
Undecima ratio eſt: quia ſi tu
cognoſceres breuitatē vite tue
⁊ vicinitatem tue mortis dubie:
poſtquā non habebis ſpaciū fa
ciendi opera meritoria neq̄ʒ pe
nitentiam: cognoſces q̄ cū ma
iori corde ⁊ ſtudio deberes fa-
cere bona opera ⁊ penitentiam
q̄ʒ tu facis. Duodecima ratio ē
quia ſi animaduertas qualiter-
cūq̄ʒ incipias bonam vitam in
quouis gradu: ⁊ conamie ⁊ de
ſiderio ad maiorem aſcendendi:
⁊ altiorem vitam: non poteſt eſ-
ſe ſine fundamento preſumptio
nis ⁊ ſuperbie huius: quod ince
piſti: nec poteſt eſſe ſine incluſio
ne magne tepeditatis ⁊ negligē
tie: ex quo hec duo mala inclu-
duntur: non poteſt eſſe ſine ma
gno periculo viuendi in multis
vicijs ſpiritualibus: ſm̄ q̄ mon
ſtrare tibi poſſem: ſed nimis eſſet
longum ad ſcribendum per lit-
teras: non dubito q̄ ſi velis di-
ctorum malorum eſſe liber ⁊ im
munis: q̄, quantumcūq̄ʒ altā vi-
tam īcepis: tu adhuc conaberis
in altiori ⁊ perfectiori vita eſſe.
Bernardus ſuper ps. Qui ha
bitat in adiutorio altiſſimi: lo-
quens de illis: qui ſunt feruidi ī
principio: ⁊ poſtea credentes ſe
aliquid eſſe tepeſcunt. O inquit
ſi ſcires q̄ʒ paruum eſt quod ha
bes: ⁊ hoc ipſum q̄ʒ cito perdes
ſi non ſeruauerit qui dedit. Ter
tiadecima ratio eſt: quia ſi cogi-
tes abiſſalia iudicia dei facta ſu-
per aliquos qui diu perſeuera-
uerunt in magna ſanctitate: et in
magna perfectione: q̄ deus de
ſeruerit eos: propter aliqua oc-
culta vicia: que non credebant
habere. Non dubito: q̄ quan-

quamcunqz altam vitam incepe-
ris: omni die leuabis tuas affe-
ctiones et temptationes deſerē-
do omne vicium pluſquã fece-
ras ante: appropinquando te ad
perfectam et integram ſancita-
tem: timendo ne forte in te ſit vi-
cium aliquod occultuz: propter
quod merearis a deo deſeri.
Quartadecima ratio eſt: quia ſi
cogites penas infernales dam-
natorum paratas cunctis pecca-
toribus: credo ꝙ leuis erit tibi
omnis penitētia: humilitas: pau-
pertas: et omnis labor: quem i
iſta vita poſſis ſuſtinere propter
deum: vt euadas penas ſupradi-
ctas: et conaberis continue ad
tenendum altiorem et perfectio-
rem vitam timendo periculum
veniendi ad ſupradictas penas.

Predcãs rōnes plus ĩ bre-
uitate tetigi q̃z ex-
plicauerim: vt tu
auertas in paucis magna cogi-
tare: ſic ꝙ quelibet ſit tibi mate-
ria alte contemplationis ⁊ ſpa-
cioſe. Attamen ſcias ꝙ ſi velis
proficere cum predictis rationi-
bus: debes formare: non ſolum
per intellectum: immo etiã ē ne-
ceſſarium ꝙ per certã affectio-
nem moueas voluntatē tuaȝ ad
hoc qḋ dictant dicte rōnes. Et
vt melius intelligas replicabo ti-
bi ſub breui memoria dictas ra-
tiones: oſtendendo tibi qualiter
dicte rōnes non habēt efficatiã
in aīa: niſi formetur per affectio-
nem ⁊ ſentimentum ſpirituale.
Prima eni ratio non hȝ vigo-
rem: niſi in aīa que hȝ magnum
ſpūm: ⁊ ſentit ⁊ contemplat̃ no-
bilitatē ⁊ perfectionē: ⁊ dignita-
teȝ dei ⁊ conat̃ ad amandū deū
⁊ honorandū in omnib⁹ ſm ꝙ
deus eſt dignus. Secūda rō nō
habet efficatiã: niſi in aīa: q̄ cor-
dialem deuotionem ſentit in ſpi-
ritu: et charitatem ⁊ bonitatē fi-
lij dei: quã nobis monſtrauit in
ſua ꝓpria paſſione propter nos
accepta: ſic ꝙ anima deſideret
totis ſuis viribus facere recom-
penſationem deo: de bonitate ⁊
de charitate oſtenſa in paſſione.
Tertia rō non ꝓficit: niſi in aīa
que ſentit altitudinem pfectiōis
quã requirit dn̄s ⁊ precipit eſſe
in creatura ⁊ ꝓfunda rōne man-
datum dei conatur adimplere ⁊
cuȝ magna voluntate venire in

dictam perfectionem. Quarta ratio ſolum locum habet in aia que per intellectuz ⁊ affectionez recogitat magnitudinem ⁊ nobilitatem beneficiorū dei ⁊ gratiam ipſius: ⁊ que conatur repſentare deo ſeruitium debitum ſm beneficia recepta. Quinta ratio habet valorem nī in anima que habet in extimatione et feruenti amore gloriam pmiſſaz in paradiſo: ⁊ que habet firmaz fidem ⁊ ſpē veniendi ad illā gloriam per bona opera virtutum ſic ꝙ cum dictis operibus conetur venire ad illam gloriam ſupradictam. Sexta ratio non habet efficatiam: niſi in aia que habet i horrore omnia vicia ⁊ peccata in abhominatione: ⁊ in magnam complacentiam ⁊ amorez perfectionem virtutuz ⁊ gratie dei: ⁊ hoc cum magno exceſſu ⁊ altitudine. Septima ratio habet ſoluz veritatē in anima que habet in magna extimatione vitas ſanctorum cuz deſiderio imitandi. Et maxime intendo dicere perfecte ⁊ perfectorum: ſicut eſt virgo Maria principaliter. Joānes baptiſta. Joānes euangeliſta. ⁊ oēs Apoſtoli: ⁊ ſic de alijs. Octaua ratio non proficit niſi in anima que aggrauat offenſas contra ſe quas fecit cōtra deum: ⁊ que habet voluntatem magnam faciendi deo iuſticiā ⁊ ſatiſfactionem peccatorꝝ ſuoruz p bona opera ⁊ virtuoſa. Nona ratio non habet locum: niſi tantū in anima que ſentit ſuam debilitatem ⁊ grauitatem ⁊ periculum temptationum propter quod conatur ad fugienduz occaſionem cadendi in temptationem ⁊ aduertendum in ſecuritate gratie dei. Decima ratio nō habet locum: niſi in anima que cognoſcit peccata ſua: ⁊ habet timorem: ⁊ tremorem cordialem ſententie finalis iudicij que dabitur contra peccatores qui nō egerunt penitentiam de peccatis ſuis. Undecima ratio nō habet locum: niſi in anima que habet timorem mortis: ⁊ habz magnum preparamentuz faciendi opera meritoria. Duodecia ratio: tantū proficit aie: que ſentit: vel intelligit: ꝙ inchoando bonam vitā ſine conamine ⁊ deſiderio ⁊ altiorem vitā aſſumendo: non pōt ſine incluſione predictorum vicioruz: ⁊ ſine piculo

grādium maloꝝ: ꝛ que nō vult fugere dicta vicia ꝛ pericula.

Tertiadecima ratio non habet efficaciam: niſi in anima: q̄ ſumme curat de ſua ſalute: ꝛ timet ſeparationem a gratia. Quartadecima ratio non habet efficaciam: niſi in aia que timet de penis damnatoꝝ ſentiendo ꝙ digna eſt venire in penas ſupradictas ꝓpter offenſas quas cōmiſit contra deum: ꝛ que vult: ꝛ conatur vitare penas antedictas per ſatiſfactionem penitētie. Et nota ꝙ cōcluſio et finis cuiuſlibet rationis debet eſſe in duobus. Primo in ſentimento proprie imperfectionis et nihilitatis. Deinde in deſiderio ꝛ conamine veniendi in altiorem vitā: ſic ꝙ non ſit ſentimentū proprie imperfectionis ꝛ annihilatiōis ſine deſiderio ꝛ conamine maioris perfectionis ꝛ vite altioris: nec e conuerſo.

q Ui vult fugere atqꝫ euader̄ laqueos atqꝫ tentationes antixpi: ſeu diaboli finales: debet habere in ꝓprio ſentimento ſui: duo. Prio ꝙ ſentiat de ſeipo ſicut ꝺ vno coꝛpe moꝛtuo pleno v̄mibꝰ ꝛ male olēti. ꝛ ſic̄ de vno cadauer̄ qꝺ̄ dedignatur videre ꝛ ītueri: īmo clauduntur nares ꝑꝑ eiꝰ peſſimū odoꝛē ꝛ fetoꝛeꝫ: ꝛ auertunt facies: vt nō videāt talē ꝛ tātā abhoīationē. Sic opꝫ chariſſime facere ip mihi ꝛ tibi: ſꝫ plꝰ mihi: qꝛ tota vita mea fetida ē totꝰ fetidus ſū. ꝛ coꝛpꝰ meū ꝛ aīa mea: ꝛ oīa q̄ intra me ſunt fece ꝛ putredīe peccatoꝝ: ꝛ iniqtatūꝫ fetidiſſima ꝛ abhoīabiliſſima ſūt: ꝛ qꝺ̄ ꝺteriꝰ ē quotidie hūc fetoꝛē i me ſētio recētiꝰ ꝛ āguſtiꝰ reuocari. Et dꝫ talē fetoꝛē de ſeipa ſētire fidelis aīa cū maxīa v̄ecūdia coꝛaꝫ deo ſic̄ coꝛā illo q oīa videt: ꝛ ſit ſic̄ ſi eēt coꝛā diſtricto iudicio ꝛ dolere maxīe de offenſa dei ꝛ perditiōe gratie anime in qua erat quādo redempta fuit precioſiſſimo xp̄i ſanguine: ꝛ abluta per baptiſmuꝫ. Et ſicut ſibi ꝛ deo ſetere ſe credit ꝛ ſentit: ſic etiā credat ꝛ ſentiat ꝙ non ſolum coꝛaꝫ angelis: ꝛ ſanctis animabus: ſed etiam coꝛā omnibus hominibꝰ viuentibus ſit abhominabilis ꝛ fetidus: ꝛ ꝙ facta ꝛ dicta ſua nō ſolū hoīes vider̄ ꝛ audir̄ dedi-

gnantur: ſed q͡ nares ſuas clau
dant: ⁊ auertant facies ſuas: ne
ipſum videant: ⁊ tanq̄ fetidum
cadauer de medio eorum expel
lant: ⁊ ſic ab eis alienatus ⁊ ſe-
paratus ⁊ proiectus ſicut pluſq̄
leproſus: vſq3 veniat ⁊ reueni-
at ad ſeipſu3. Et ſi quis de eo iu
ſticiam faceret: ⁊ de corpore ſuo
ſentiat q͡ iuſtu3 eſt: ⁊ ita credat:
etiam ſi ſibi oculi erruerentur:
naſus truncharetur: manꝰ abſi
derentur: ⁊ aures: ⁊ os: ⁊ ſic de
alijs ſenſibus corporalibus ⁊.
membris: quia cum his omni-
bus deum offendit: ⁊ creato-
rem. Item q͡ deſpici deſideret:
⁊ contempni: ⁊ q͡ omnia vitu-
peria: verecūdias: diffamatiōes
iniurias: blaſphemia: et cetera
aduerſa: ſummo cum gaudio et
leticia recipiat: ⁊ patiēter ferat.
Et op3 q͡ diffidas de teipſo to-
taliter: ⁊ de omnibꝰ bonis tuis:
⁊ de tota vita tua. Et conuertas
te totum: ⁊ reclinabis ſup bra-
chia Jeſu xp̄i pauperimi ⁊ vilis
ſimi: ⁊ improperati deſpecti et
mortui ꝑpter te: vſq3quo tu ſis
mortuus in omnibus ſentimen-
tis tuis humanis: ⁊ Jeſus chri-
ſtus crucifixus viuat ī corde tuo
⁊ in tua anima! ⁊ totus tranſfor
matus: ⁊ tranſfiguratus: ⁊ cor-
dialiter ſentias in te: vt nunquā
videas: nec ſentias: nec audias
niſi ipſum ſolum ſtantem in cru
ce propter te mortuum ⁊ ſuſpen
ſum ad exemplum virginis ma
rie: mortuus in mundo ⁊ viuēs
in fide. Et q͡ in illa fide viuat to
ta anima tua: vſq3 ad reſurre-
ctionem in qua dominus imit-
tet gaudium ſpirituale: ⁊ donu3
ſancti ſpiritus in anima tua: ⁊ in
illis perſonis in quibus deb3 re
nouari ſtatus apoſtolorum: ⁊ ec
cleſie ſancte dei: exercens te ſan
ctis orationibus: ſiue ſacris me-
ditationibus: ⁊ affectionibꝰ ad
obtinenda dona virtutu3 ⁊ gra
tiam dei. Sed debes precipue
ſeptiformi affectu exerceri ad
dominum. ſ. amore ardentiſſi-
mo: timore ſummo: honore de-
bito: zelo conſtantiſſimo: ⁊ illis
debet iniungi gratiarum actio ⁊
vox laudis: omnimode obediē
tie promptitudo ⁊ ſuauitatis di-
uine pro poſſe deguſtatio. Et
ideo continue debes iſta ſeptem
deuote petere a deo: vtpote dicē
do. Bone ieſu fac vt totis me-
dullis amem te: ſumme timea3

reuerear: ꝛ ꝑ omni honore tuo fortiſſime zelari: ita ꝙ omne tuum obprobrium: tanq̄ȝ tue glorie zelotipus vehementiſſime exhorreſcam: ꝛ potiſſime: ſi in me: aut a me: vel pro me facta tibi ſint obprobria vlla deinde etiam vt tuum dominum: tanquā tua creatura humiliter adorem ꝛ recognoſcam: ꝛ de omnibus beneficijs a te mihi impēſis gratias ſemper agam: ꝛ hoc cum ſumma gratitudine cordis. Da etiā vt in omnibus ſemper te benedicam: laudem ꝛ magnificem: ꝛ hoc cum ſummo iubilo ꝛ tripudio cordis: ꝛ tibi in omnib⁹ obtemperans ꝛ obediens: ſemper reficiar dulciſſima tua ꝛ ineffabili ſuauitate: qui cuȝ ſanctis tuis angelis ꝛ apoſtolis tue menſe aſſiſtens: licet oīo indignus et ingratus. Qui cum patre ꝛc.

Debet etiaȝ circa ſeipſum exercerꝫ: alio ſeptiformi affectu. Primo. ſ. ꝙ tot⁹ de ſuis vicijs ꝛ defectibus confundatur. Secūdo vt peccata ſua tanq̄ȝ offenſiua: ꝛ ſui ipſius maculatiua acutiſſimo ꝛ acerbiſſimo dolore plangat ꝛ deploret. Tertio humiliatio ſui ꝛ conculcatio: cum contemptu: vt. ſ. totis viribus ſe ſic rem viliſſimam: ꝛ fetidiſſimam ſpernat: ꝛ contemni appetat: vt dictum eſt. Quarto rigore ſeueriſſimo: vt. ſ. corpus ſuum aſperiſſime maceret: ꝛ macerari appetat tanq̄ȝ peccato fetidum: immo tanq̄ȝ latrina ꝛ ſentina: ꝛ tumulum omnium feditatum.

Quinto ira implacabili contra omnia vicia ſua ꝛ contra radices ꝛ inclinationes viciorum ſuorum. Sexto vigore peruigili ꝛ ſtrenuo: vt. ſ. oēs ſenſus: actus potentias ſuas: ſemper cū quadam viriliſſima ſtrenuitate: in omne bonum teneat peruigiles ꝛ attentos. Septimo diſcretione perfecte modeſtie: ſeu moderantie: vt. ſ. in omnibus diſtrictiſſime ſeruet menſuram ꝛ modum inter. videlicet nimium et non ſatis: vt. ſ. nihil ſit in eo ſuperfluum: nihil diminutum aut defectiuum: nec pluſquā dȝ: aut minus q̄ȝ deceat.

DEbȝ etiā circa proximum ſe exercere: alio ſeptiformi affectu. Primo. ſ. per piam com-

paſſionem: ut. ſ. ita ſentiat alio-
rum mala ⁊ incommoda: ſicut
ſua. Secundo per dulcem con-
gratulationem: vt. ſ. de aliorum
bonis letetur: ſicut de ſuis. Ter
tio per tranquillam ſupportatio
nem ⁊ condonationem: vt ſcilꝫ
moleſtias ⁊ iniurias ab alijs il-
latas patienter tolleret: ⁊ ex cor
de indulgeat ⁊ cōdonet. Quar-
to per benignam affabilitatem:
vt. ſ. ſit ad omnes benignus: et
omnibus bonum affectet ⁊ op-
tet: ⁊ tale ſe exhibeat in geſtibus
ſuis ⁊ verbis. Quinto per re-
uerentiam humilē. ſ. ut omnes
ſibi preferat: ⁊ omnes reuerea
tur: ⁊ omnibus ex corde ſe ſub-
dat: tanq̄ꝫ dominis ſuis. Sexta
per concordiam vnanimē: vt. ſ.
quantum in ſe eſt: ⁊ quantum ſe
cundum deum poteſt eſſe vnuꝫ
ſentiat cum omnibus: ⁊ ita ſen-
tiat ſe eē omnes ⁊ illos ſe ⁊ om-
nium rectum velle pro ſuo re-
putet: ⁊ econtra. Septimo chri
ſtiformē ſui pro omnibus obla-
tionem: ſcilicet vt ad inſtar chri
ſti pro omnium ſalute ſit para-
tus: ⁊ ſollicitus ponere vitam
ſuam: ⁊ die noctuqꝫ orare ⁊ la-
borare: ꝙ omnes in chriſto in-
uiſcerentur: ⁊ chriſtus in eis.
Sed tamen nec ex hoc creda-
tur: quin vicia hominum ſint
pro toto poſſe cauenda ⁊ fugiē
da. Sciendum ꝙ quandocun-
qꝫ ex ſocietate malorum homi-
num: vel imperfectorum: peri-
culum: vel occaſio retrahens:
vel impediens a perfectiōe: vel
feruore predictarum virtutum
debes a talibus ſicut a ſerpenti
bus vel draconibus elongari.
Non enim eſt carbo ita ignitus
quin in aqua frigeſcat aut tepe-
ſcat: ſic econtra: vix eſt carbo
ita frigidus quin aceruo carbo-
num ardentium accendatur.
Alias vbi periculum huiuſmo
di nō imminet: etiam mera ſim
plicitate debes aliorum non vi-
dere defectus: aut ſi videas per
compaſſionē reportare: aut ſup
portare vt tua. Ut autem vtili-
ter ad tēporalia ⁊ eterna te ha-
beas perfecte: ſcito ꝙ tempora
lia debes aſpicere ſub quadru-
plici ſenſu. Primo. ſcilꝫ vt tan-
quā peregrinus: ⁊ aduena ſen-
tias omnia: vt extranea ⁊ alie-
na: in tantum: vt tua veſtis:
tuo ſit ſenſu: ita extranea: ac
ſi eſſet in Hyſpania: vel in

india. Secundo vt in tuo vſu abundantiam timeas: vt venenum: ⁊ vt mare ſubmergens. Tertio vt in tuo vſu omnẽ inopiam ⁊ egeſtatem ſentias: quia ipſa eſt ſcala per quam aſcenditur ad celeſtias diuitias ⁊ eternas. Quarto vt ſocietatem: cõtubernium: ⁊ apparatum diuitum ⁊ magnatum fugiens non ex contemptu: tñ de ſocietate pauperuꝫ glorieris: ⁊ in memoria ⁊ aſpectu atqꝫ conuerſatione pauperum ⁊ deiectorum: vel deſpectorum totus leteris: quaſi expreſſa imagine xpi: ⁊ eis quaſi regibus cum ſumma alacritate ⁊ iocunditate ⁊ reuerentia aſſocieris.

Vndeci ſunt perfectiões neceſſarie perſone: que ſeruit dõ in vita ſpirituali. Prima ẽ clara ⁊ perfecta noticia ſuorum defectuum: ⁊ ſuarum infirmitatuꝫ. Secunda eſt magna: ⁊ feruens impugnatio contra malas inclinationes: ⁊ contra ſuas voluntates ſeu paſſiones rationi repugnãtes. Tertia eſt timor magn⁹ quem habere debet de offenſis hactenus factis contra deũ: nõ eſt certus: an bene ſatiſfecerit nec ſi cum deo fecerit pacem. Quarta eſt magnus timor ⁊ tremor qui debet eſſe in ipſo ne ꝑ ſuã fragilitatẽ iterum cadat in ſimilibus vel maioribus peccatis. Quinta eſt fortis diſciplina ⁊ aſpera correctio ad regenduꝫ ſuos ſenſus corporales ⁊ totum ſuum corpus ſpiritui ſubiugare in obſequiũ Jeſu xpi. Sexta eſt fortitudo ⁊ magna patientia in temptationib⁹ ⁊ aduerſitatib⁹. Septima eſt vitare viriliter oẽs ꝑſonam ⁊ oẽm creaturã aliam: que impelleret eum: aut eſſet ſibi occaſio non ſolũ ad peccatũ: ſed etiã ad aliquam imꝑfectiõeꝫ vite ſpiritualis: ſicut vnum demonem infernalem. Octaua eſt ꝙ portet in ſe crucẽ xpi: que habet quattuor brachia. Primum eſt mortificatio viciorum. Secũdum eſt derelictio omniũ bonorum temporalium. Tertium eſt derelictio omnium affectionum carnalium parentum ſuorum. Quartum ſui ipſius contẽptus ⁊ abhominatio ⁊ annihilatio. Nona eſt diutiſſima ⁊ cõtinua

recordatio bñficiorū dei : que
hacten⁹ recepit a dño ieſu xpo.
Decima eſt die ac nocte ſtare i
oratione. Undecima ē: guſtare
ꝛ ſentire diuino dulcore ꝯtinue
Duodecima eſt : magnū ꝛ fer-
uens deſideriū exaltandi nr̄am
fidem. ſ. ꝙ ieſus xp̄s ab oībus
timeretur: amaret: ꝛ cognoſce-
retur. Terciadecima eſt: habere
miſericordiam ꝛ pietatē in oībus
neceſſitatibus ſuo ꝓximo: ſicut
ſibi vellet haberi. Quartadeci
ma eſt : regratiari ex toto corde
suo: in oībus deo gl̄ificare: ꝛ lau
dare in oībus ieſū xp̄m. Qui
tadecima eſt : ꝙ poſtq̄ hec oīa
fecerit ſentiat ꝛ dicat: dñe deus
meus ieſu xp̄e: nihil ſum : nihil
poſſum: nihil valeo ꝛ male tibi
ſeruio: ꝛ in omnibus ſeruus ſū
inutilis.

Tres ſunt radi-
ces euangelice ꝛ
aplice paupertatis
ſeu pncipales p-
tes: abdicatio oīs
ſui iuris: rerū tpalium modera-
tio: paupis vſus habituatus ad
vtrūq; affectus. Tres ſūt ptes
abſtinentie. ſ. eneruatio carna-
lis amoris: ꝛ ſollicitudinis vite
ſue ſubſtentatiōibus: nō curare
de abūdantia: vel ſufficiētia vi
ctualium deliciarū : ꝛ vtilitate parce
oblatis. Tres ſunt a nobis ſin-
gulariter fugiēda: ꝛ metuenda.
Primo exterior diſtractio ne-
gociorū. Scḋo interior ꝓmotio
ꝛ exaltatio. Tertio tpalium rerū
ꝛ carnaliū amiciciarū ad ſe : vel
ſuos amicos: vel ſuū ordinē i-
moderata vel iordinata affectio
Tria ſunt a nobis ſingulariter
exercenda ꝛ amplectenda. Pri
mo deſideriū proprij ꝯtemptus
abiectionis ꝛ externe vilicatio
nis. Scḋo viſceroſa compaſſio
ad ieſum xp̄m crucifixū. Tertio
ſufferentia pſecutionū ꝛ marty
riorū pro dilectione cultus noīs
xp̄i ꝛ euāgelice vite: hec tria ſūt
p quedā verba extenſiua poſt
horas diei gemitibus: ꝛ ardenti
bus ſuſpirijs poſtulanda. Tria
ſunt a nobis ſingulariter ꝛ q̄ſi
aſſidue meditāda. Primo xp̄s
crucifixus incarnatus ꝛc̄. Secū
do ſtatus apoſtolorū ꝛ fratrum
pteritorum noſtri ordinis: hoc
cū deſiderio: vt illis conforme-
mur. Tertio ſtatus virorū euā-
gelicorum futurus : Et hoc de-
bes die noctuq; meditari. ſ. ſta-

tum pauperrimorū ſimpliciſſimorum: ⁊ manſuetoꝝ humiliū abiectoꝝ charitate ardentiſſima ſibi ꝯiunctoꝝ nihil cogitantiū: aut loquentiū: nec saporantium: niſi ſolū ieſum xp̄m: ⁊ hūc crucifixum: nec de hoc mundo curantium: ſuiq̄ oblitoꝝ: ſupnā dei ⁊ beatorum gl̄iam ꝯtemplātium: ⁊ ad eam medullitus ſuſpirantium ⁊ ānhelantiū: ⁊ ob ipſius amorem ſemper mortē ſperantium: ſiue deſiderantiū: et ad inſtar pauli dicentium. Cupio diſſolui et eſſe cum xp̄o et innumerabiles ac ineſtimabiles te theſauros diuitiarum celeſtiū: et ſuper dulces: et melliſluos riuos diuitiarum: ſuauitatatum: ac iucunditatum. Et ſup omnia mirabiliter expāſos ⁊ ſuperinfuſos. Et per ꝯñs imaginari debes eoſ ipſos: vt cātantes canticum angelicum cū iubilo citharizantium ⁊ citharis cordis ſui. Hec imaginatio ducet te pluſq̄ credi poteſt i quādam impatiens deſiderium aduentus illorum temporum. Ducet te in quoddam admirabile lumen: in quodam amoto omnis dubietatis ac ignorantie nubilo: ⁊ limpidiſſime videbis: ⁊ diſtricte diſcernes omnes defectus iſtorum temporum: ⁊ imixtum vel miſticum ordinē eccleſiaſticorum ordinum productorum ⁊ producendorum ab initio xp̄i vſq̄ ad finē ſeculi: ⁊ vſq̄ ad gloriam ſummi dei ⁊ ieſu xp̄i. Crucifixum ſemper portata in corde tuo. Ut te ad ſuam eternam gloriā pducat. Amē.

¶ Explicit tractatus de vita ⁊ inſtructione ſpirituali a magiſtro Uincentio ordinis predicatorum: egregio predicatore xp̄i editus.

cri
no
inſ
reu
am
eſt
eni
ma
tuo
reſt
atq;
mō
ab a
geli
ſe hu
pecc
cruc
dulc
neca
Et q
non p
cruc
ritati
p ſua

¶ Sermo ſancti Bernardi.
De paſſione domini.

IEſum nazarenū a iudeis innocēter ꝯdemnatū: a gentibus crucifixum: xp̄iani diuinis honoremus obſequijs. Saluatoris infirma nos qui xp̄iani ſumus reuerenter venerari: amanter amplecti: fortiter imitari: dignū eſt ſalubre ⁊ honorificum. Hec enim ſunt inſtrumenta fortiſſima: in quibus omnipotens virtus ⁊ iueſtigabilis ſapientia dei reſtaurationem mūdi potenter atq̄ mirifice operata eſt: ⁊ vſq̄ mō oꝑatur: xp̄s dñs minoratꝰ ē ab angelis vt nos equaret angelis. Et quis ꝓpter xp̄m non ſe humiliet? Chriſtus dñs pro peccatis nr̄is crucifixus eſt: et crucis amara ſuis amatoribus dulcorauit: mortuꝰ eſt ⁊ mortem necauit: vt viueremus ꝑ illum. Et qs nō amet xp̄m dñm? quis non patiat̄ pro xp̄o? Chriſtus ꝑ crucis ignominiā ad ſupne claritatis gl'iam trāſijt? ⁊ data ē ei ꝓ ſua reuerentia: a deo pr̄e oīs ptās in celo ⁊ in terra: vt adorēt cum oēs angeli dei: ⁊ in noīe ieſu omne genu flectat̄: celeſtium terreſtriū ⁊ infernoꝝ. Ubi eſt gl'iatio tua o xp̄iane? niſi in nomīe crucifixi dñi dei tui: ⁊ in xp̄i nomine: qḋ eſt ſuper oē nomen in quo q̄ benedictus eſt ſuꝑ terram bn̄dicet̄? Gl'iamini in noīe filij redēptoris: ⁊ date honorem illi ſaluatori nr̄o: q̄ magna fecit in nobis: ⁊ magnificate nomen eiꝰ mecū dicentes. Adoramus te xp̄e rex iſrael: iter gentiū: princeps regū terre: dñs deus ſabaoth: virtus oīpotentis dei fortiſſima. Adoramus te ꝓciosum ꝓcium redemptiōis nr̄e: hoſtiā pacificā: qui ſola odoris tui ſuauitate ineſtimabili patrem q̄ in altis habitat: ad reſpiciendū humilia inclinaſti: ⁊ filijs ire placabilē reddidiſti. Tuas xp̄e miſerationes ꝑdicamus: tue ſuauitatis memoriam cum abūdātia eructamus. Tibi xp̄e ſacrificiū laudis imolamus: ꝓ multitudine bonitatis tue: quā oſtendiſti nobis ſemini nequā: filijs ſceleratis ⁊ perditis. Cū adhuc inimici tui eſſemꝰ dñe: ⁊ mors iniqua in oēm carnem exerceret

ꝯſiliuꝫ cui omne ſemen adã erat
obnoxiuꝫ lege primordialis cul
pe: recordatus es verbi miſeri-
cordie tue: ⁊ proſpexiſti ⁊ ſubli
mi habitatione tua in hanc val
lem plorationis noſtre ⁊ miſe-
rie. Vidiſti afflictioneꝫ populi
tui ⁊ tactus dulcore charitatis
itriſecus: appoſuiſti cogitare ſu
per nos cogitatiões pacis ⁊ re
demptionis. Et qdem cuꝫ eſſes
filius dei: deus verus deo patri
ſãctoqꝫ ſpũ coeternus ⁊ conſub
ſtantialis lucem habitans iac-
ceſſibilem: portãſqꝫ omnia ver
bo virtutis tue: nõ deſpexiſti in
hoc noſtre mortalitatis ergaſtu
lum altitudiné tuam inclinare:
vbi noſtrã ⁊ guſtares ⁊ abſor-
beres miſeriã: noſqꝫ reparareſ
ad gliam. Paruꝫ fuit charitati
tue ad conſumanduꝫ opus nr̃e
ſalutis cherubin aut ſeraphin
aut vnum ex angelis deſtinare.
Ipſe venire ad nos dignat⁹ es
ꝑ mandatum patris cuius nimi
am charitaté expti ſumus in te.
Veniſti inqꝫ non locũ mutan-
do: ſed pñtiam tuã nobis ꝑ car
neꝫ exhibendo. Veniſti a rega
li ſolio ſoblimis glie tue in hu-
milem ⁊ abiectaꝫ in oculis ſuis
puellã pio virginalis ꝯtinentie
voto ſigillatã: in cui⁹ ſacro vte-
ro ſola ſpũſſci ienarrabilis vir
tus te ꝯcipi fecit: ⁊ naſci in ve-
ra humilitatis natura: ita vt nec
diuinitatꝭ in te maieſtatem nec
virginitatꝭ itegritaté in mr̃e vio
laret natiuitatꝭ occaſio. O amã
da: o admirãda dignatio. Deuſ
imenſe glie vermis ꝯtemptibi-
lis fieri non deſpexiſti. De⁹ om
niũ ꝯſeruus ſeruoꝝ apparere
voluiſti. Parũ tibi viſum eſt pa
trem te nobis eſſe ⁊ dñm: fra-
ter noſter eé dignatus es. Et tu
dñe vniuerſoꝝ q nullaꝫ habes
indigentiaꝫ intra ipſa natiuitatꝭ
tue initia, non obhorruiſti abie-
ctiſſime paupertatis deguſtare
incõmoda. Ut. n. ait ſcriptura:
tibi cum naſcereris: non erat lo
cus in diuerſorio neqꝫ cunabu-
la que teneritudinem tuam exci
perent habuiſti: ſed in vili pre-
ſepio ſordétis ſtabuli: tu qui ter
ram palmo concludis inuolut⁹
panniculis reclinatus es. Et h̄
ipſum a brutis animalibus ma-
ter tua mutuo accepit. Conſo-
lamini conſolamini qui in ſordi

bus paupertatis enutrimini: q: vobiſcum deus in paupertate. Non cubat in delitijs ſplendi-
di cubiculi: nec inuenitur in ter
ra ſuauiter viuentiuꝫ. Quid vl
tra gloriaris o diues lutea res
in volutabro lecti picti ⁊ delica
ti: cum rex regum recubitu ſuo
pauperum ſtramenta honeſta-
re maluerit? Quid dura ſtra-
menta deteſtaris: cum tener in-
fantulus in cuius manu ſūt om
nia tuis ſericis tuis plumis du-
ras iumentorum ſtipulas pre-
elegit? Sed hec tenella tua chri
ſte infantia a perſecutoruꝫ gla-
dijs tuta non fuit. Adhuc enim
inter dulcia matris vbera ſur-
gens dependebas: quando ap-
paruit angelus in ſomnis Jo-
ſeph dicens. Surge ⁊ accipe
puerum ⁊ matrem eius: ⁊ fuge
in egyptum: ⁊ eſto ibi vſqꝫ duꝫ
dicam tibi. Futurum eſt enim:
vt herodes querat puerum ad
perdendum eum. Jam extunc
bone ieſu dura pati cepiſti. Nō
ſolum illam infantie tue venera
tionem in teipſo pertuliſti: ſed
mortem in puſillis tuis quorum
multa millia inter mā̄millas ma
trum pro te herodis trucidauit
immanitas. Infantia vero tene
riori decurſa humiliter verita-
tis nobis exemplum tribuiſti.
Non enim sediſti cum concilio
vanitatum: ſed in medio docto-
rum interrogans ⁊ audiens il-
los: cum tamen dominus ſcien-
tiarum eſſes: atqꝫ ſapientia dei
patris. Sed ⁊ obedientie nobiſ
formam tribuiſti: dum parentū
imperio tu imperator mūdi hu
militer ſubditus extitiſti. Atvbi
robuſtioris etatis plenitudo ad-
uenit: miſſurus manus ad for-
tia: egreſſus es in ſalutem popu
li tui: vt gigas magnificus ad
currendam viam totius noſtre
miſerie. Et quidem per omnia
te vt primum fratribus aſſimi-
lares ſeruum tuum baptizanteꝫ
peccatores in penitentia tanqꝫ
peccator adiſti: baptizari te po-
ſtulaſti innocens agne dei: queꝫ
nulla peccati ſtilla vnqꝫ macula
uit. Baptizatus autem non te ī
aquis: ſed aquas in te ſanctifi-
cas: vt per eas ſāctificares nos
De baptiſmo ī deſertū ſpū for
titudis īgreſſus es: vt vite ſoli-
tarie ī te nō deeſſꝫ exēplū. Soli
tudinē ac ieiuniū q̄dragita die-
ruꝫ famis acerbitatē tentamēta

illuſionis ſpũs equanimiter to-
leraſti: vt hec omnia nobis tol-
lerabilia efficeres. Venuꝫ ve-
niſti ad oues que perierant do
mus iſrael: diuini verbi lampa-
dem extollens palam: ad illumi
nationem orbis terre: ⁊ regnuꝫ
dei cunctis annuntians obtem-
perantibus verbo: ſermoneꝫ ſe
quentibus ſignis cõfirmaſti: vir
tuteꝫ diuinitatis in cunctis oſtẽ
diſti male hñtibus: ⁊ omnia oĩ-
bus gentibus gratis exibens: q̃
ſaluti peccatorum congruerent
vt omnes lucriſaceres. Sed ob
ſcuratum eſt inſipiens cor eoruꝫ
domine ⁊ proiecerunt ſermões
tuos retrorſuꝫ: neqꝫ attenderũt
ad omnia mirabilia tua domie
que operatus es in eis: exceptiſ
ppaucis nobilib⁹ athletis quos
inter infirma mu di elegiſti et
abiecta: vt per ipſos fortia ⁊ al
ta mirifice expugnares nec ſo-
lum ingrati gratuitis beneficiis
tuis exiterẽ: ſed ꝯtumeliis affe
cerunt te dñm dñantium: ⁊ fece
runt tibi quecunqꝫ voluerunt.
Te enim faciente opera dei: q̃
nemo alius fecit: quid dixerũt?
non eſt hic hõ a deo: in principe
demonioꝝ eiicit demonia: de-
monium habet: ſeducit turbas:
vorax eſt: ⁊ potator vini: ⁊ ami-
cus publicanorum ⁊ peccatoꝝ.
Quid fles: quid ſuſpiras o hõ:
dum ſuſtines verboꝝ iniurias?
Non audis quanta in dñm de
um tuum ceciderunt obprobria
ppter te? Si patrẽfamilias bel
zebub vocarunt: quanto magis
domeſticos eius? Sed hec qui-
dem ⁊ ſimilia blaſſemãtes ⁊ ali
quotiens te lapidibus impeten
tes: ieſu bone patienter ſuſtinui
ſti: ⁊ factus es coraꝫ eis ſicut hõ
non audiens: ⁊ in ore non ha-
bens redargutiones: nouiſſime
iuſtum ſanguinem tuũ a diſcipu
lo tuo: filio pditionis traditum
triginta argenteis appreciati ſũt
vt precipitarent aiam tuam in
morte ſine cã. Et te quidẽ perdi
tiſſimi traditoris tui pfidia non
latebat: quando in cena ablutio
nis: ẽt coram ipo genu flexus p
cumbens: maledictos pedes ei⁹
veloces ad effundendũ ſangui
nem tuum ſanctiſſimis manib⁹
tuiſ attrectare: lauare: ⁊ exterge
re dignatus es. Cuꝫ aũt adhuc
extento collo ambulas o terra ⁊
cinis? Adhuc te ſuperbia te ele
uat? Adhuc te in patiẽtia exagi

tat. Intuere humilitatis ꝛ man-
ſuetudinis dñm ieſum vniuerſe
creature factorem tremendũ iu
dicem viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ: ante
pedes hominis ꝛ traditoris ſui
genua incuruantẽ. Diſce q: mi
tis eſt ꝛ humilis corde: ꝛ confũ
dere in ſuperbia tua: ꝛ erubeſce
in impatientia tua. Hoc quoqꝫ
erat manſuetudinis tue domie
perfidũ illum in cetu fratrũ de
tegere: ꝛ palã confundere no-
luiſti: ſed leuiter admonituꝫ ac-
celerare iuſſiſti qđ parabat. In
omnibus his nõ eſt auerſus fu
ror eius a te ſed egreſſus foras:
ſatagebat circa frequẽs malefi
cium. Quõ cecidiſti de celo lu-
cifer qui mane oriebaris? In de
litiis paradiſi glioſus apparui-
ſti: ciuium celi ſocius: ꝛ verbi di
uini ꝯuiua? quõ reputatus es i-
ter filios tenebrarũ: qui nutrie
baris in croceis cur amplexa-
tus es ſtercora? Tũc clarificata
ẽ familia tua xpe: exeũte in mũ
do de cetu ſocietatis angelice.
Tũc demũ diuini eloquii vber
rima inundatione: felix ille con
uentus potatus eſt eiecto: quem
huiuſmodi limpidi liquoris in-
fuſione ſciebas indignum. Da-
to autem charitatis ꝛ patientie
ſalutari mãdato: ꝛ diſpoſito fra
tribus regno patris tui: ad lo-
cum proditori tuo notum cũ il-
lis diuertiſti: ſciens omnia que
ventura erant ſup te. Ibi ani-
me triſtitiam quaꝫ ex iminente
paſſione tua ſpõte aſſumpſiſti:
ſicut ꝛ cetera que paſſus es in
auribus fratrũ nõ erubuiſti ꝑfi
teri dicens: Triſtis eſt anima
mea vſqꝫ ad mortem. Poſitis
quoqꝫ in terra genibꝰ ꝓcidiſti ĩ
faciẽ: orans in agonia ꝛ dicens.
Mi pr̃ ſi poſſibile eſt: tranſeat
a me calix iſte. Et anguſtias q-
dẽ cordis tui certiſſime indica-
bat ſudor ille ſanguineus: q ora
tionis tpe de carne tua ſanctiſſi
ma guttatim decurrebat in ter
ram. Dñator dñe ieſu vnde tua
hec tã anxia ſupplicatio? Non
ne voluntariũ oĩno patri ſacri-
ficiũ obtuliſti? Vtiqꝫ dñe. Arbi
tramur aũt ꝙ hoc ad conſola-
tionem infirmoꝝ membrorum
tuoꝝ aſſumpſiſti: ne forte deſpe
ret quis: ſi caro iſirma remur-
murat: vbi ad paſſionem prom
ptus eſt ſpũs. Nimirũ ꝛ vt ma
ioris erga te amoris ꝛ gratitu-
dinis ſtimulos habeamus: na-

turalem carnis infirmitatez his
indicijs in te expreſſiſti: quibus
doceremur: q; vere languores
noſtros portaſti: ⁊ non abſq; ſē
ſu doloris paſſionum ſentes p-
curriſti. Uox enim illa vox eſſe
carnis videtur: non ſpūs: ex eo
quod ſubiunxiſti. Spūs quidez
promptus eſt: caro autem infir
ma. Quā promptus enim ad
paſſionez fuerit ſpūs: euidenter
oſtendiſti quando venientibus
vna cum proditore tuo viris ſā
guinum ⁊ querentibus animaz
tuam: cuz laternis ⁊ facibus et
armis per noctem vltro cucur-
riſti: ⁊ ſigno quod acceperant a
duce flagitij teipſum manifeſta
ſti. Nā accedētē ad oſculū ſcetiſ
ſimi oris tui trucē beſtiā auerſa
tus nō oris ſꝫ os i quo dol⁹ iuēt⁹
nō eſt: ori qd abūdauit malitia
dulciter applicuiſti. Innocens
agne dei: quid tibi ⁊ lupo illi?
Que ꝯuentio tui ad belial? Sz
et ſꝫ benignitatē tue domie fuit
vt omnia illa exiberes: que pra
ui cordis pertinatiam emolire
poſſent. Nam ⁊ veteris amici-
tie non immemor illū cōmonui
ſti dicēs. Amice ad qd veniſti?
Atq; horrore ſceleris ſui cor

impij ferire voluiſti: cum dixi-
ſti: Juda oſculum filium homi-
nis tradis? Et ecce phyliſtei ſu-
per te ſanſon. Non illos a te ab
ſterruit q in hora apprehenſio
nis tue omnipotēti brachio tuo
terre eos alliſiſti: non quidem
defenſionis cauſa: ſed vt cogno
ſceret humana preſumptio ni-
hil ſe poſſe aduerſus te: niſi qz-
tum permitteretur a te. Et quis
audiat ſine gemitu: qualiter ho
micidas manus in illa hora in
te iniecerant? Et innocētes ma-
nus tuas ieſu bone vinculis a-
ſtringentes te agnū manſuetiſſi
mum nihil loquentem ad inſtar
latronis contumelioſe traxerūt
ad victimam. Et nec tunc miſe-
ricordiam effundere ſuper ini-
micos tuos: ⁊ diſtillare fauum
dulcedinis tue chriſte ceſſaſti:
ac defenſoris tui celum a leſio-
ne trahentium te compeſcuiſti.
Maledictus furor eorum: quia
ptinax: quez nec maieſtas mira
culi: nec pietas beneficij potuit
confringere. Concilio malignā
tium aduerſum te pontificuz p-
ſentatus es: ⁊ veritatem prout
opportuit confeſſus: quaſi de
blaſphemia adiudicat⁹ es mor

ti. Amantiſſime domine quan-
ta illic indigna a ꝓpria gente p-
tuliſti: vultum tuum deſiderabi
lem: in quem deſiderant angeli
proſpicere: qui omnes celos ad
impleuit letitia: quem depreca-
cabuntur omnes diuites plebis
polluti labiis ſuo ſputo conin-
quinauerunt: ſacrilegis manibꝰ
ſuis ceciderunt: velo in deriſuꝫ
operuerunt: ⁊ te dominum vni
uerſe creature tanq̄ꝫ ſeruuꝫ cō
temptibilem colaphizauerunt.
Adhuc autem animam tuam i-
circunciſe carni degluciendam
tradiderunt. Vinctum ſiquideꝫ
ante faciem pilati perduxerunt
poſtulantes crucis ſupplicio te
interimi: qui peccatum non no-
ueras: ⁊ virum homicidam da
ri ſibi: agnum lupo: aurum luto
poſtponentes. O indignum ⁊
infelix commercium: Et quideꝫ
nec ignorabat impius ille per i
uidiam hec in te fieri: nec tamē
abſtinuit a te temerarias ma-
nus: ſed repleuit animam tuam
amaritudine ſine cauſa. Illuſuꝫ
recepit in conſpectum illuſoruꝫ
aſtare te iuſſit: nec pepcit ama-
riſſimis verberibus virgineaꝫ
carnem tuam diuellere: plagis
plagas: liuores liuoribus crude
liter infligere. Ecce puer dei
mei: quid tanta amaritudine:
quid tanta confuſione dignum
commiſeras? Prorſus nihil.
Ego ego homo perditus toti-
us perditionis tue cauſa extiti.
Ego domine vuam acerbaꝫ co
medi: ⁊ dentes tui obſtupuerūt.
quia que non rapuiſti: tunc ex-
ſoluebas. In omnibus his non
eſt ſatiata perfidorum iudeoruꝫ
impietas. Nouiſſime autem in
circunciſorum militum manibꝰ
deuolutus es morte turpiſſima
conſumandus. Parum erat ſa
crilegis illis crucifigere te niſi
prius ⁊ ipſi illuſionibus reple-
uiſſent animam tuam? Quid
enim ait de illis ſcriptura? Et
congregauerunt ad eum vni-
uerſam cohortem. Et exuentes
eum veſtimentis ſuis induerūt
tunicam purpuream: ⁊ chlami
dem coccineam circundederūt
ei. Et plectentes coronam de ſpi
nis impoſuerunt capiti eius:
⁊ arundinem in dextera eius.
Et genu flexo illudebant ei di-
centes: Aue rex iudeoꝝ. Et da-
bant ei alapas ⁊ expuentes i eū
accipiebāt arūdinem ⁊ pcutie-

bant caput eius. Et poſtq̄ȝ illu-
ſerunt ei: induerant veſtimentis
ſuis: vt crucifigerent: baiulanteȝ
ſibi crucē. Et ꝑducūt euȝ in gol
gotha: ⁊ vinū myrrhatū dabāt
ei bibere cū felle mixtū: ⁊ cū gu
ſtaſſet: noluit bibere. Tūc cruci
fixerūt eum: ⁊ cū eo duos latro
nes hinc ⁊ hinc: mediū aūt ieſū.
Jeſus aūt dicebat: pater dimitte
illis: q: neſciunt qd faciunt. Po
ſtea ſciens ieſus: q: cōſummata
erant oia: vt ſcriptura impleret
dixit: Sitio. Et currēs vnus ex
eis: acceptā ſpōgiā impleuit ace
to: ⁊ impoſuit arundini ⁊ dabat
ei bibere. Cū accepiſſet acetuȝ
dixit: cōſummatū eſt. Et clamās
voce magna dixit: Pater i ma
nus tuas cōmendo ſpūm meū:
⁊ inclinato capite emiſit ſpūm.
Tunc vnus militū lancea latus
apuit: ⁊ ꝯtinuo exiuit ſanguis et
aqua: in redēptionē noſtre ſalu
tis. Expgiſcere nūc aia: excutere
de puluere ⁊ contēplare virum
hūc memorabilē: quē in ſpeculo
euangelici ſermonis quaſi pre-
ſentē intueris. Attende aia mea
qs eſt iſte q ingreditur habens
imaginem quaſi regis: ⁊ nihilo
minus ſerui deſpectiſſimi confu

ſione repletus coronatus icedit:
ſȝ ipſa etiā eius corona cruciat⁹
eſt illi: ⁊ mille puncturis ſpecio-
ſum caput eius deuulnerat. Re
gali purpura induit: ſed potius
in ea deſpicitur q̄ȝ honoratur.
Sceptrū in manu geſtat: ſed co-
ipſo caput eius reuerendū feri-
tur. Adorant corā ipſo poſitis i
terra genib⁹ ⁊ regē clamant: et
continuo ad conſpuendū amabi
les eius genas ſublimunt: maxil
lā palmis ⁊ honorabile collum
exhonorant. Uide aia mea qua
liter vir iſte per oia ꝯturbatur ⁊
ſpernit: ſub crucis onere dorſuȝ
icuruare videtur: ⁊ tuā ipſe por
tare ignominiaȝ. Ad locū dedu
ctus ſupplicij myrrha potat et
felle: in cruce ſubleuatur: ⁊ dicit
Pater ignoſce illis: q: neſciunt
qd faciunt. Qualis ē hic: qui in
oibus preſſuris ſuis: nec ſemel
apuit os ſuū: vt aut querele: aut
excuſationis: aut cōminationis:
aut maledictionis v̄bum aduer
ſus maledictos canes illos ꝓfer
ret? Sed nouiſſime v̄bū benedi
ctionis ſup inimicos ſuos: qua-
le a ſeculo nō eſt auditū effudit.
Quid hoc viro māſuetius? qd
benignius aia mea vidiſti? Ad-

huc aũt attẽtius intuere q̃ʒ grã-
di admiratõe: ⁊ tenerrima cõ-
paſſione dignus appareat. Ui-
de nudũ ⁊ verberibus laceratũ
in medio latronũ cruci ignomi-
nioſe ferreis clauis aff xum: ace
to in cruce potatũ: ⁊ poſt mortẽ
lancea in latere vulneratũ: ⁊ co
pioſos ſanguinis riuos ex qnqʒ
vulnerib⁹ manuum: pedũ: ⁊ late
ris effundentẽ. Fletus deducite
oculi mei: ⁊ liqueſce anima mea
igne cõpaſſionis ſup ꝯtritione
amabilis viri huius: quẽ in tãta
amaritudine tot vides affectuʒ
doloribus. Et iam qdem ifirma
eius aĩa mea vidiſti ⁊ miſerta
es: nunc maieſtatẽ eius attẽde et
miraberis. Quid eniʒ ait ſcri-
ptura? A ſexta aũt hora tenebre
facte ſunt ſup vniuerſam terraʒ
vſqʒ ad horã nonã. Et obſcura
tus ẽ ſol: ⁊ velũ templi ſciſſum
eſt a ſummo vſqʒ deorſum: ⁊ ter
ra mota ẽ: ⁊ petre ſciſſe ſunt: et
monumenta apta ſunt: ⁊ multa
corpora ſanctoꝝ q dormiebant
ſurrexerũt. Qualis ẽ hic: q: et
celũ ⁊ terra cõpatiunt͛ ei: cuius
⁊ mors mortuos viuificat? Co-
gnoſce aĩa mea cognoſce: hic ẽ
dñs deus noſter Jeſus chriſtus
ſaluator tuus vnigenitus dei fi-
lius: verus deus: verus hõ: qui
ſolus ſub ſole ſine macula inuẽ-
tus eſt. Et ecce cũ ſceleratis quõ
reputatus ẽ: ⁊ quaſi leproſus no
uiſſim⁹ viroꝝ eſtimatus ẽ: ⁊ tan
q̃ʒ abortiuũ qð ꝓijcitur a vulua
ſic ꝓiectus eſt ab vtero matris
ſue infelicis ſynagoge. Iſte for-
moſus pre filijs hoiuʒ q̃ʒ defor-
mis factus eſt. Hic vulneratus
ꝓpter iniquitates noſtras attri-
tus eſt ꝓpter ſcelera nr̃a: ⁊ fact⁹
eſt in holocauſtũ ſuauiſſimi odo
ris in ꝯſpectu tuo pr̃ eterne glo
rie: vt auerteres indignationeʒ
tuã a nobis: ⁊ cõſedere nos ſibi
faceret in celeſtib⁹. Reſpice do
mine ſancte pater de ſanctuario
tuo: ⁊ de excelſo celoꝝ habita-
culo: ⁊ intuere hanc ſacroſanctã
hoſtiã: quã tibi offert magnus
põtifex noſter ſanctus puer tu⁹
dñs Jeſus pro peccatis fratruʒ
ſuoꝝ: ⁊ eſto placabilis ſup multi
tudine malitie nr̃e. Ecce vox ſan
guinis nr̃i ieſu clamat ad te de
cruce. Quid eni dñe qd pẽdet
in ea? Pendet q: ꝑterita tanq̃ʒ
preſentia coram te ſunt. Cogno
ſce pater tunicam veri filij tui
Joſeph. Hec fera peſſima de-

uorauit eum: ⁊ conculcauit in fu
rore ſuo veſtimentum eius: oēm
decorem eius reliquijs cruoris
īquinauit. Et ecce quinqꝫ ſciſſu
ras lamentabiles in ea reliquit.
Hoc eſt domine veſtimentum
quod in manu egyptie meretri
cis innocens puer tuus dereli-
quit: meliorem eſtimans iacturā
pallij q̄ȝ pudicitie: magiſqꝫ eli-
gens ſpoliatus carnis pallio in
carcerem mortis deſcendere: q̄ȝ
pro mundi gloria adulterine vo
ci acquieſcere. Illi inquā voci
qua dictum eſt. Hec omnia tibi
dabo ſi cadens adoraueris me.
Quod vtiqꝫ eſſet dormire cuȝ
adultera? Et nūc domine pater
ſcimus: quia ipſe filius tuus vi
uit: ⁊ dominatur in tota terra
egypti: ⁊ in omni loco domina
tionis tue. Eductus enim ad im
perium tuum de carcere mortis
⁊ infernorum: ⁊ attonſus i mor-
talitatis coronam mutata veſte
carnis: immortalitatis decore re
floruit: ⁊ cuȝ gloria ſuſcepiſti eū.
Subincuruauit enim ſibi pha-
raonis imperium: ⁊ cum trium
pho nobili virtute propria celos
penetrauit. Et ecce gloria ⁊ ho
nore coronatus in dextera maie
ſtatis tue aſſiſtit vultui tuo ꝓ no
bis. Caro enim ⁊ frater noſter
eſt. Reſpice domine in faciem
chriſti tui: qui tibi vſqꝫ ad mor-
tem obediens factus eſt: nec re-
cedant ab oculis tuis cicatrices
eius in perpetuum vt memine-
ris quantam ab eo pro peccatis
noſtris ſatiſfactionē receperis.
Utinam dn̄e appēdas i ſtatera
peccata quibus iram meruimꝰ:
⁊ calamitatem quam pro nobis
paſſus eſt innocens filius tuus.
Certe grauior apparebit ⁊ ma
gis digna: vt propter ipſam ef-
fundas ſuper nos miſericordiā
tuam q̄ȝ ſint illa vt pro peccatis
nr̄is ꝯtineas in ira miſericordias
tuas. Grās tibi pater referat oīs
lingua ſup abundātia bonitatis
tue: q̄ vnico filio cordis tui non
pepercisti: ſȝ pro nobis oībꝰ illum
tradidiſti in mortē: vt eū tanq̄ȝ
fidelē aduocatū haberemꝰ corā
te i celis. Et tibi dn̄e ieſu fortiſſi
me zelotes: qd grāȝ retribuam
vt digne retribuam ego hō pul
uis ⁊ vile figmētū? Quid.n. pro
mea ſalute facere debuiſti ⁊ nō fe
ciſti? Ab imo pedis vſqꝫ ad ſū-
mū verticis te totū i aquas paſſio
nū demerſiſti: vt me totū extra-

heres de illis: ⁊ itrauerũt vſqꝫ
ad aiam tuã. Nã ⁊ aiam tuã in
mortẽ ꝑdidiſti: vt meã ꝑditã mi-
hi redderes. Et ecce me dupli-
ci debito obligaſti: nã ⁊ ꝓ eo ꝙ
dediſti tuã debitor tibi ſum: ⁊ ꝓ
mea qdẽ aia bis a te mihi data:
ſemel i creatiõe: ⁊ ſemel i redem
ptiõe. Qđ magis iuſte tibi red-
dã: iqꝫ ipſaꝫ nõ habeo. Pro tua
aũt ꝑcioſa aia ita ↄtribulata: qd
ab hoie dignere pẽdi poſſit nõ
iuenio. Nã etſi celũ ⁊ terram ⁊
oẽm ornatũ eoꝝ ꝓ ea poſſeꝫ re
pẽdere: certe nec ſic vſqꝫ ad mẽ
ſurã debiti vllaten⁹ attigere poſ
ſem: vt auteꝫ ipſm qđ ⁊ debeo et
poſſibile mihi ẽ retribuã tibi do
mine muneris ẽ. Diligẽdus es
mi dñe toto corde: tota aia: tota
ꝟtute: ⁊ tua mihi ſequẽda veſti-
gia: q ꝓ me mori dignat⁹ es. Et
quõ fiet iſtud i me niſi ꝑ te? Ad-
hereat aia mea poſt te: q: tota
virtus eius pẽdet ex te. Et nũc
dñe redẽptor me⁹ te vt veꝝ deũ
adoro: i te ↄfido: i te ſpero: ⁊ q-
bus poſſum deſiderijs ad te ſu-
ſpiro: adiuua imꝑfectũ meũ. Ad
tue paſſiõis glioſa iſignia i qb⁹
ſalutẽ meã opatus es totũ me i-
clino. Tue victorioſe crucis re-
gale vexillũ i noie tuo xp̃e ado-
ro. Tuuꝫ ſpineũ diadema: tuos
rubẽtes ſanguineos clauos: tuo
ſacro latere imerſaꝫ lãceam: tua
vulnera: tuũ ſãguinẽ: tuã mortẽ:
tuã ſepulturã: tuã glioſaꝫ ⁊ victo
rioſaꝫ reſurrectionẽ ⁊ glorifica-
tionẽ xp̃e ſupplex adoro ⁊ glori
fico. Odor.n. vite ſpirat mihi in
oib⁹ his. Hoꝝ viuifico odore:
ſpũm meũ dñe a peccati morte
reſuſcita. Hoꝝ ꝟtute ab aſtutijs
ſathane me cuſtodi: ac me ↄfor-
ta: vt iugũ mãdatoꝝ tuoꝝ ſuaue
mihi fiat: ⁊ onus crucis qđ poſt
te baiulare me iubes humeris
aie mee ſit leue. Que ẽ eni forti
tudo mea: vt iuxta ꝑceptũ tuum
mũdi ꝑſſuras tã multiplices inui
cto aio ſuſtineã? Nunqd pedes
mei tanqꝫ ceruoꝝ: vt velocẽ cur
ſoreꝫ per ſpinas ⁊ ↄfragra paſ-
ſionum conſequi valeam? Sed
audi voceꝫ meã: ⁊ inclina ſuper
ſeruum tuuꝫ ſuauẽ crucem illã:
que lignũ vite eſt his q appre-
hendunt eam: ⁊ vt ſpero cur-
ram alacriter: portabo ifatiga-
biliter eam que ab inimicis eſt
crucem poſt te. Illam inquam
diuiniſſimam crucem humeris
meis impone: cuius latitudo eſt

charitas:cuius longitudo ē eter
nitas. Cuius ſublimitas ē omni
potentia: cuius profundum eſt
inſcrutabilis ſapientia. Confige
illi manus meas ⁊ pedes meos:
⁊ totū paſſioni tue conforma ſer
uum tuū dn̄e: da obſecro mihi
continere ab operibꝰ carnis q̄
odiſti:⁊ facere iuſticiā quā dile
xiſti: ⁊ i vtroqꝫ tuā querere glo
riā: ⁊ ſiniſtrā qdem meā clauo
temperātie:dexterā vo clauo iu
ſticie in illa ſublimi cruce fixas
arbitror. Da menti mee iugiter
meditari in lege tua: ⁊ oē cogi
tatū meū iactare in te: ⁊ dextrū
pedem meum eidem ligno vite
clauo prudentie affige. Da vt ſi
niſtrā ſpiritus mei ſenſualitatē
non eneruet labentis vite infe
lix felicitas? non conturbet pſen
tis vite infelicitas:felix ⁊ ſiniſter
quoqꝫ meꝰ fortitudinis clauo in
cruce tenebit. Ut aūt aliqua ſi
militudo ſpinaꝝ capitis tui i me
appareat: detur obſecro menti
mee ⁊ ſalutaris penitētie cōpun
ctio: ⁊ aliene miſerie cōpaſſio:
⁊ ſtimulus zeli emulantis qđ re
ctum eſt corā te: ⁊ ad te ꝯuertar
in erumna mea:dum triplex ꝯfi
getur ſpina. Libet vt ſpongiam
p arundinem ori meo porrigas:
⁊ aceti amaritudinē guſtui meo
adhibeas. Libet vt per ſcriptu
ras tuas rōni mee cōferas gu
ſtare ⁊ videre: qm̄ florens hic
mundus tanqꝫ ſpongia inanis
eſt: ⁊ oīs ꝯcupiſcentia eius ace
to amarior: Ita pater in me fiat
calix iſte babylonis amarus in
oēm terram:nō inani flore ſedu
cat: nō falſa dulcedine inebriet:
quēadmoduꝫ eos qui tenebras
lucem:lucē tenebras: amaꝝ dul
ce: ⁊ dulce amaꝝ arbitrant̄. Ui
num myrrhatū cum felle mixtū
ſuſpectū mihi eſt:pro eo ꝙ tu ex
eo biberē noluiſti: forte qꝛ nimiā
acerbitatem inuidie ⁊ nequicie
crucifixoꝝ tuoꝝ indicabat. Tue
viuifice morti tuū ſeruū dn̄e ꝯfi
gura: faciēs qdem in me vt mo
riar ſm carnem: viuam aūt ſm
ſpūm iuſticie. Ut autem integrā
crucifixi imaginem me portare
glorier illud quoqꝫ qđ poſt mor
tem tuā inſatiabilis militia ipſo
rum in te exercuit:hāc in me ſi
militudinem exprime. Uulneret
cor meū viuus ⁊ efficax ſermo
tuus penetrabilior oī lācea acu
tiſſima: ptingens vſqꝫ ad diui
ſionem aīe mee:⁊ ꝓducēs ex ea

tanq̃ʒ ex dextro latere meo vice ſanguinis ꝛ aque amorē tuū domine ꝛ fratrū tuoꝝ. Poſtremo ꝛ munda ſyndone ꝑme ſtole ſpirituʒ meū inuolue: in qua regeſcam ingrediens: ꝛ egrediens i locum tabernaculi admirabilis: ꝛ abſcondas me donec pertrāſeat furoꝛ tuus. Die autē tertio poſt diem laboris: poſt diē ſupplicij: mane ꝓma ſabbati perpetue inter filios tuos me indignū reſuſcita: vt in carne mea videā claritatem tuā: ꝛ adimplear leticia vultus tui. O ſaluatoꝛ meus ꝛ deus meus veniat veniat oro tempus: vt qđ nunc credo oculis tandem reuelatis aſpiciā: qđ ſpero nūc ꝛ a lōge ſaluto appꝛehendā. Qđ pro viribus meis deſidero vlnis aīe mee amplectar ꝛ deoſculer: ꝛ in amoris tui abyſſum totus abſoꝛbear: o ſaluatoꝛ meus ꝛ deus meus. Sed bñdic aīa mea deum ſaluatoreʒ meū ꝛ magnifica nomen eius. Sanctum eſt eni: ꝛ ſanctiſſimis delitijs plenuʒ. O q̃ʒ bonus q̃ʒ ſuauis es dñe Jeſu aīe querenti te: ieſu redemptoꝛ ꝑditoꝝ: ſaluatoꝛ redemptoꝝ: ſpes exulū: fortitudo laboꝛantiū: anxiati ſpiritus latitudo: aīe lachꝛymoſe ꝛ poſt te currentis in ſudoꝛe dulce ſolatium ꝛ ſuaue refrigeriū: coꝛona triumphantiū: vnica merces ꝛ leticia oīum ſupernoꝝ ciuiuʒ. Uberrime fons oīum gratiarū inclita ꝓles ſummi dei: ꝛ deus ſummus: benedicāt te oīa que i celo ſunt ſurſum: ꝛ que in terra deoꝛſuʒ. Magnus tu ꝛ magnū nomen tuū. O immarceſſibilis decoꝛ dei excelſi: ꝛ puriſſima claritas lucis eterne: vita oēm vitam viuificans lux omne lumen illuminans: ꝛ ꝯſeruans i eterno ſplendoꝛe. Mille millena lumina fulgurantia ante thꝛonum diuinitatis tue a pꝛimo diluculo.

O eternū ſubſtantiale ꝛ i acceſſibile clarum ꝛ dulce ꝓfluuium fontis abſcōditi ab oculis oīum moꝛtaliuʒ: cuius vnda ſine oꝛtu: cuius ꝓfunduʒ ſine ꝓfundo: cuius altū ſine termino: cuiꝰ amplitudo incircūſcrutabilis: cuiꝰ puritas imperturbabilis. Eructauit te coꝛ dei altiſſimi de ſuo ipenetrabili abyſſo: vita vitaʒ: lux lucem: eternus eternū: imenſus imenſum: ꝛ per oīa ſibi coequalē: ꝛ de plenitudine tua nos oēs accepimus. Tu enim largiſſime

fons omnis boni ſeptemplicis gratie ꝓcioſum flumen de the-ſauris tuis emittis: cuius ſuaui dulcore hui⁹ noſtri maris.i. nr̄e infirmitatis ſalſuginem mitiga-re digneris. Flumen olei leticie flumē vini meraciſſimi: torrens ignei vigoris. Spūs paraclitus a te ⁊ a patre: par vtriqȝ i orbē terre ꝓfundit: oīa replens: oīa continēs ſpūs a te ſpūs a pr̄e: vnus ex ambobus: vniens ambos: vtpote amboꝝ indiuidua cōnexio: vnificū gluten complexus indiſſolubilis: ⁊ pax omnē ſenſum exupans. Hic ē torrens voluptatis tue dn̄e: que delicatā illam ⁊ glorioſam ciuitatē Hie-ruſalē: que ſurſū eſt: iugiter potas: ⁊ letabunda ebrietate facis eſtuare vt tibi iubilēt hymnū inceſſabilem lucida illa ⁊ flāmea organa i voce exultationis ⁊ ſo-no epulantis: cuiuſqȝ deſiderabilibus guttis refocillari ſitibun-de fauces exulis populi tui iugiter a te expectāt dn̄e. Sinito pater vt catelli bibant de ſtillis que cadunt de menſa dn̄oꝝ ſuorum. Rorate celi deſup ⁊ nubes pluant iuſtum: illū dn̄e qui extuare feciſti inclitas primitias populi tui: in iſigne ſolēnitatis noſtre: illo qſum⁹ igneo ſtillicidio purga innoua: illumina: inflāma: exhilara: ⁊ ꝯfirma: ⁊ vni cor credentiū tibi: vt vnū ſint: vnum ſapiant: vnū vnanimiter regnant ⁊ apprehendant ⁊ videant ⁊ benedicant te deum deoꝝ in ſyon. Sit indiuidue trinitati gloria: gratiarum actio: honor ⁊ imperium i ſecula ſeculorum. Amen.

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001959019
12°
Inc. 17
R. 102.655